Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Berens

Pauli Berens Hamburg. Decas Disputationum Feudalium Universam Feudorum Nobilissimam Et Intricatissimam materiam facili & simplici methodo exponentium, praecipuasq[ue] eius Iuris quaestiones in utramq[ue] partem resolutas continentium : De Quibus Ipso Proponente Et Praesidente In Celeberrima Rostochiensi Academia Disputarunt Nobiles & eruditi Iuvenes LL. studiosissimi, quorum nomina singulis disputationibus sunt praefixa

Rostochii: Pedanus, 1617

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

10 Disputationen

[6. Disp. geändert!]

R U. jur 1617.

Paul Berens, Decas Disputationum

[2. Ausg.] Rostock 1617.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730633853/phys_0001
DFG

Contenta

		pag.
(1)	G. Dasenius: De origine .. feudorum	1
(2)	Ch. Stephius: De his, qui feudum dare ..	29
(3)	H. Hallerfordius: De rebus quae .. dari possint	45
(4)	A. Maycovius: De regalibus	57
(5)	J. H. von der Lühe: De feudi .. constitutione	89
(6)	F. Oncken à Marck: De feudi acquisitione	109
(7)	J. Deye: De fine .. feudorum	137
(8)	D. Zangenis: De feudi amissione	161
(9)	P. Victor: De actionibus .. competentibus	125
(10)	Ch. Riccius: De personis .. constituentibus	193

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730633853/phys_0002
DFG

Volumen LIX.

PAULI BERENS
HAMBURG.

Decas

DISPUTATIONUM FEUDALIUM UNIVERSAM

FEUDORUM NOBILISSIMAM ET INtricatissimam materiam facili & simplici methodo exponentium, præcipuasq; ejus Juris quæstiones in utramq; partem resolutas continentium.

DE QUIBUS

IPSO PROPONENTE ET PRÆSIDENTE

IN CELEBERRIMA ROSTOCHIENSI ACADEMIA

Disputarunt Nobiles & eruditi Juvenes LL. studiosissimi, quorum nomina singulis disputationibus sunt præfixa.

I. D. 32. 24.

ROSTOCHII
Typis Ioachimi Pedani,
ANNO M. DC. XVII.

Alia Editio Rost. Ao 1611. Q nil differt ab hacce Edit.

1. Aug. 1611

R. 4 jun. 1611

Contenta





Landsbrte 1791

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0004
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0006
DFG

Disputatio I.

DE ORIGINE, AUCTORITATE DEFINITIONE ET DIVISIONIBUS Feudorum.

Respondente

GEORGIO DASENIO ROSTOCH.

THESIS I.

UNde origo Feudorum promanaverit maximè inter Feudistas (a) convertitur. Quidam enim volunt, quod unà cum genere humano, & sic ab exordio penè mundi prima feudorum origo exstiterit, ità enim à primâ monarchiâ feudorum initia deducit Niel. (b). *Orig.*

a) quos ordine recenset Johann. Garf. in tract. de expens. c. 12. Rittershus. in partit. feud. lib. 1. c. 1 q. 5. b) disp. feud. 1. th. 1. per c. 14. Genes. vers. 4.

II.

Alij ex Romanorum jure descendisse feuda asserunt, ijq; inter si dissident quatuor modis (a) Quidam Gallos auctores istius juris constituunt (b) Quidam à Longobardis vel Germanis feuda originem traxisse statuunt (c) Quidam à Carolo Magno feudorum principia deduxerunt (d) Alij ad Frisones referunt (e) Alij aliâ & in discrepanti sunt sententiâ.

a) ut videre licet apud Gœd disp. feud. 1. th. 3. & Giphan. de feud. c. 2. n. 4. & seqq. b) Conna. 2. com. 6. n. 6. c) Andr. de Isern. in prælud. feud. n. 14. Alvar. ad rubr. De content. int. dom. & Vasal. de invest. col. 4. vers. quod facit in argumentum. d) Ferrar. Montan. lib. 1. feud. c. 1. quem refutat, Petr. Heig. q. 1. n. 25. & seqq. e) ut Suffridus Petri Vide Heig. d. q. 1. n. 110.

III.

Cum itaq; nemo Historicorum veram & certam feudorum originem doceat, & parvi alias momenti & frivolum sit in hac re investigandâ nimium se fatigare, quam quis velit opinionem probabilioribus motus rationibus sequi potest.

IV.

Nobis tamen eorum probabilior videtur sententia, qui antiquissimam feudorum originem Longobardis atq; ità etiam Germanis acceptam ferunt cum communi feudistarum scholâ, de quâ

Jacob. de Belvis. in c. 1. De his qui feud. dar. poss. Duar. de feud. c. 3. Hotom. c. 1. Caccialup. in c. 1. de feud. cognit. VVesenb. in proæm. feud. Rittersh. in partit. feud. d. lib. 1. c. 1. n. 2 & 3. Petr. Heig. d. q. 1. n. 31. 49. 56. & 79. Fach. 7. contr. 1. Ioan. Bodin de repub. lib. 2. c. 2. n. 191. & seq. & lib. 1. c. 7. n. 67. vers. denig, jus feudorum. Clar. in §. feudum. q. 1. Vult. 1. F. 1. n. 14.

Nec Obst. *Quod jus feudale â Gerhardo, qui ipse Longobardus fuit, Ius antiquissimũ dicitur, cũ Longobardi anno demum post Christi nativitatem 568. in Italiam irrepserũt.* Quia *id rectè ab eo dicitur, cum constet ipsum vixisse circiter annum Christi 1152. tempore Friderici Barbarossæ, & sic Longobardi ante ipsum in Italiam venerunt annis 584.*

V.

Hos autem Longobardos â longis cuspidibus, quos nos Parten sivè Hellparten appellamus (a) vel â longis barbis (b) vel quasi longos bardos seu barbaros sic dictos (c) quidam e Scandia, Scanzia, Scandinaviâ seu Scaniâ (variè enim appellatur) Daniæ insulâ deducunt, qui excedentes e Scania primum in Insulam Rugiam littori maris Baltici vicinam, deindè in Bojariam, e Bojariâ in Pannoniam immigrarunt, cumq; in istis locis aliquandiu fuissent commorati, Galliam Cisalpinam occuparunt (d).

a) Philip. Melancht. lib. 3. Chron. in Justin 11. b) Isidor. lib. 9. Etymol. tit. de gent. vocat. Paul. Diacon. lib. 1. de gest. Longob. c. 8. c) Albert. Krantz. lib. 2. Dan. c. 21. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. in pr. n. 38. d) Krantz. d. lib. Dan. c. 20. & 21. & lib. 3. c. 1. 6. 7.

VI.

Alij verò autumant Longobardorum sedem fuisse â confluente Albis & Salæ in ripâ albis occidentali, quæ nunc est regio Meideburgensis & Halberstadiensis (a) His tamen & alij Germaniæ populi, veluti Saxones & Pomerani mixti fuerunt (b).

a) Philip. Melancht. d. lib. 3. Chron. in pr. b) Krantz. d. loc. & Melancht. d. loc. Otto Frising. lib. 2. de reb. gest. Frideric. c. 13. Petr. Heid. d. q. 1 n. 32 & seqq. Knick. de Jur. territ. c. 1 n. 108. & seq. & n. 124. cum seq.

VII.

Constant verò hæ consuetudines feudales partim Impp. constitutionibus (a) partim responsis prudentum (b) nec non pontificum decretis (c).

a) ut

a) ut Lotharij primi, *Constit. feud. Dom. Lothar. 1. F. 19. qui fuit nepos* 8
Caroli Magni, Conradi Secundi. *c. 1. §. cum verò 2. De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. qui coronam accepit à Iohanne 21. Anno 1027. ipso die Paschatos.* Hic Salicus *appellatur, quod dux esset Francorum, qui Salij dicti sunt.* Henrici, *Quot test sunt necess. 2. F. 57.* Conradi Tertij. *De capit. Corrad. 2. F. 40. b)* ut Gerhardi Capagisti seu Nigri, Oberti de Orto *consulum Mediolanensium, teste Cujacio in pr. lib. 1. feud.* Et uterq; *in c. 1. Si de feud. Vasal. ab aliq. interpel. fuer. 2. F. 25. sapiens civitatis Mediolanensis appellatur, id est, Iurisconsultus & Advocatus insignis & pragmaticus.* Philiberti Episcopi *c. 1. de form. fidelit. 2. F. 6. & aliorum. c) c. 1. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. Albar. in d. c. 1. in pr. n. 15. De his qui feud. dar. poss.*

VIII.

An verò vim legis obtineant quæritur? Aff.

I. *Quia hæ sunt consuetudines, ut ex inscriptione librorum feudaliam pæset. Sed consuetudo, quæ invaluit, quæ Iudicio populi recepta l. 32. ff. de LL. quæ frequenter in eodem controversiarum genere servata l. 1. C. eod. quæ per multos annos, usu longævo & diuturno observata, pro lege non immeritò custoditur. d l. 32. §. 1. l. 33. & l. 38. ff. d. t. atq; adeò legem quoq; ipsam vincit. c. 1. de Feud. cognit. 2. Feud. 1.* II. *Quia* Impp. *multis in locis hic addendo, ibi detrahendo, hic rursum ratificando has consuetudines confirmarunt & approbarunt.* I. Obst. *Nemo potest condere leges, nisi habeat potestatem ab* Imperatore. *l. 2. §. primus D. Augustus ff. de Orig. Jur. Sed Obert. de Orto & Gerardus Niger, qui ex usu Mediolanensi & aliis consuetudinib. has consuetudines Feudi in scriptis redegerunt, non habuerunt istam publicam auctoritatem, quia hoc non reperitur expressum.* Resp. Curt. Jun. *de Feud. par. 1. q. 1. n. 17. & Rittershus lib. 1. part. Feud. c. 1 n. 7.* II. Obst. *Consuetudines insertæ libris Feud. sunt potius speciales certorum locorum consuetudines quàm universales. c. 1. §. fin. Qui Feud. dar. poss ibi, aliter in curia Mediolanensi. c. 1 §. ult. De alienat. Feud. pat. 2. F. 39.* E. *Consuetudines locales non debent ligare universos. §. jus autem civile. Inst. de Iur. nat. gent. & civ.* Resp. Curt. Jun. *d. loc. & Bronckh. cent. 2 misc. contr. ass. 82.* III. Obst. *Quod auctoritas legis condendæ dicatur esse de reservatis principi in signum supremæ potestatis d. l. 2. §. pen. ff. de Orig. Iur. Sed illa, quæ sunt reservata in signum supremæ potestatis, non possunt præscribi gloss. singularis in c. 1. verb. non obstante. De Cleric. ægrotant. in 6. Licet igitur longissimo tempore*

liber iste præ manibus fuerit, non tamen est authenticus. Resp. Intrigl. de Feud. q. 4. n. 75. IV. Obst. Quod confirmator harum consuetudinum feudalium dicitur Fridericus II. Imp. qui legitur excommunicatus & depositus â Papa Gregorio, c. ad apostolicæ. De sentent. & re Iudic. in 6. & per consequens per eum fuit revocata omnis Iurisdictio. Bart. in l. non ambigitur. n. 1. ff. de Legib. Resp. Intrigl. d. loco n. ult. V. Obst. l. 2. C. Quæ sit long. consuet. Resp. Hattyser. c. 1. in analysi Iur. Feud.

IX.

Num etiam in foro Ecclesiastico observari debeant & Ecclesiasticos ligent? Aff.

I. per c. cæterum. Ext. de Iudic. c. Verum c. ex transmissa. Ext. de foro compet. II. Quià si clerici conveniri nolint corã Dn. vel Curiæ paribus, & sic Iudicib. secularib. caveãt â secul. feuda accipere & secularib. reb. se immiscere, quod tam â Canonib. quàm ipso Christo prohibitũ est c. clericus & c. duo sunt genera 12. q. 1. & tot. tit. Ne cler. secul. negot. se immisc. I. Obst. Quod Laici clericos non judicent, c. 2. Ext. de Iudic. & ipsa lex Canonica non possit tollere hoc privilegium datum clericis â Iure Divino. Resp. Curt. p. 4. q. 2. & Sonsb. p. 1. n. 27. II. Objicit Curt. d. loco. Clericos quidem teneri consuetudinibus feudalibus, constitutiones autem imperiales, quæ feudorum libris insertæ sunt, clericos non astringere. Resp. Schrad. p. 1. q 2.

X.

Imò tantæ auctoritatis sunt, ut legibus Romanis derogent.

c. 1. in pr. De feud. cognit. & ibi Bald. n. 6. VVesenb. in proæm. feud. n. 5. Mynsing. cent. 5. obs. 76. n. 5.

XI.

Et in omnibus ferè Europæ partibus ut Italiâ, Siciliâ, Galliâ, &c. receptæ sunt.

Rosenth. c. 1. concl. 9 n. 2. Cujac. lib. 1. de feud. in pr Vult. de Feud. c. 1. n. 6. VVesenb. in d. proæm. n. 4. Boër. in consuet. Bituric. de feud. s. 3. gl. 1. Chassan. in consuetud. Burgund. de feud.

XII.

Præmisso initio & auctoritate feudi, sequitur ut feudi definitionem tam nominis quàm realem perveſtigemus.

XIII.

Definitio Nominis. Dicitur autem Feudum à fidelitate vel fide (a) quamvis alij à fædere derivent (b) alij â Germanicâ voce fæhde sive Vehede/ id est inimicitiâ hostilitateq; (c) alij à Germanico fueden/ quod est pascere vel alere (d) alij â Germ. Voegtey/ id est præfecturâ deducunt (e).

a) c. 1.

a) c. 1 in pr. per quos fiat inveſt. 2. F. 3 Roſenth. c. 1. q. 6. n. 3. cum Longobardis, â quibus Feuda, eorumq; vocabula originem traxere, fides fodè *ſivè* fede *nominetur. Schrad. de feud. p. 2 c. 1. concl. 6 n. 3. Vult. c. 2. in pr. In antiquiſſimis quoq; inveſtituris* Fedum *non* Feudum *ſolet legi. Weſenb. de Feud. c. 1. in pr.* Nec Obſt. *quod hæc Etymologia vocabuli non videatur propria, quià etiam in aliis contractibus requiritur bona fides, quam fallere grave eſt. l. 1 in pr. ff. de conſtit. pecun.* Quià *licet in quocunq; contractu requiratur bona fides, tamen principaliter & exuberantius in hoc contractu feudali exigitur bona fides quàm in aliis, quià feudum datur propter fidem & fidelitatem, ut in d. c. 1. in fi. per quos fiat. inveſt. b) Zaſ. p. 1. n. 2. & ad l. 2. in pr. n. 22. de orig. Iur. Sonsb. p. 2. n. 32. Hannet. lib. 1. c. 2 Valaſc. de jur. Emphyt. q. 38. n. 1. c) Ferrar Mont. 1. F. 1. circa fi. Gregor. Tholoſan. in ſyntag. Iur. univerſ. lib. 6. c. 2. num. 2. Hinc etiam hodiè* fheidbrieffe *vocamus literas, quibus capitales inimicitiæ alicui denunciãtur & bellum indicitur. Rittershus lib. 1. partit. feudal. c. 1. n. 12. d) Beuſt. ad l. admonendi. n. 874. ff. de jurejur. prædia enim feudalia ad hoc dantur Vaſallis, ut indè ſe equos & familiam honeſtè alant, ut parati eſſe poſſint ad ſervitia dominis ſuis præſtanda. Accedit quod fodrum in materiâ feudali dicitur â Germ.* futter/ *quod eſt annona militaris ſivè commeatus exercitui præbitus. e) Vigel. c. 2. reg. 2.*

XIV.

Feudi varias variorum definitiones vide apud Feudiſtas paſſim. Nos vulgatam & in jure feudali expreſſam retinebimus illam, quam Obert. de Orto ponit in c. 1. In quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. quod ſit Beneficium, quod ex benevolentiâ ità conceditur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, uſusfructus verò illius rei ità ad accipientem tranſeat, ut ad eum heredesq; ſuos maſculos ſivè fœminas, ſi de his nominatim dictum ſit, in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & ſui hæredes fideliter domino ſerviant, ſivè ſervitium illud nominatim quale eſſe debeat ſit expreſſum, ſivè indeterminatè promiſſum. *Definitio rei.*

Hanc ſequuntur Bald. in prælud. feud. in 5. colum. Alvar. in c. 1. In quib. cauſ. feud. 2. F. 23. Iacob. de Ardiz. in ſummâ ſuâ feud in 2. col. Curt. p. 1. q. 6. Matth. de Afflict. in d. c. 1. In quib. cauſ. feud. amit. n. 69. & ibi Præpoſ. n. 17.

XV.

Ab hac igitur ut magis communiter receptâ â Feudiſtis &

ranquam à Legislatore traditâ discedendum non erit.
Moz. de feud. in pr. n, 16. Intrigl. de feud. q. 1. n. 32.

XVI.

Quamvis non negemus magis esse descriptionem quàm definitionem, (a) cum etiam ipsi Legumlatores potius describendo quàm definiendo in nostrâ legali philosophiâ processerunt, ut est videre in Mutuo, Dolo, pignore, frumento, Territorio, &c. (b).

a) Feudum siquidem magis propriè est jus, quod dominus in prædio vel quâ simili re sub lege fidei & servitij concedit, quàm benevola actio. b) l. 2. §. appellata. ff. de reb. cred. l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal. l. tugurij. 180. l. plebs. 238 §. pignus. l. 77. vers. frumentum. l. pupillus. 239. §. territorium. 8. ff. de V. S. Et hinc Rosenth. c. 1. q. 2. dicit, *illam ab Oberto traditam non esse eliminandam, ut quæ rem, de quâ agitur, satis describit, licet præter definitionis propria multa alia non omni feudo convenientia contineat.*

XVII.

Feudi caussæ primæ sunt Amor & Honor, à quibus beneficium tanquàm effectus sequitur.
c. 1. de feud: dat. in vic. leg. commiss. reprob. 1. F. 27.

XVIII.

An itaq; feudum pecuniâ acquiri possit non immeritò dubitatur? Quod affirmandum ducimus.

I. *Quia beneficium esse potest licet non sit gratuitum. l 3. ff. de obseq parent. & patro. præstand.* II. *Quia à potentiori, id est, à benevolentiâ domini, quæ in feudo præponderat, fit denominatio. l. quæritur. ff. de stat. hom.* III. *Quia non est de substantiâ ut feudum gratuitò concedatur, sed solum de naturalibus, regulare enim & natura feudorum est, ut sint gratuita.* IV. *per c. 1. in fi. De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1 Quemad. feud. ad fil. pertin. 1. F. 24. c. 1. de invest. in marit: fact. 2. F. 15 c. 1. de benefic. fratr. 1. F. 20. c. 1. de nat. feud. 1. F. 7. c. ad nostram. Ext: de Erapt. & vendit. & c. ad nostram. De rebus Eccles. non alien Seysel. in spec. feud. de definit. & invent. feud. pag. 45. Piso Soac. in prælud. feud. c. 17.* I. Obst. *d. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiss. reprob. 1. F. 27.* Rt. *Duar. de feud. c 2 n. 5.* II. Rt. *Bald. in d. c 1. de benefic. frat. & Seysel. d. loco.* III. Rt. *Vult. 1. F 8. n. 44.* II. Obst. *Quod contractus, qui origine & naturâ suâ est gratuitus, fiat mercenarius, si pecunia intervenit.* Resp. *Vult. d. loco.*

Num

XIX.

Num verò hoc feudum proprium vel improprium sit quæritur? Prius Neg.

I. *Quia hoc feudum emptum non cadit sub definitione feudi proprij, ubi dicitur, quod feudum ex benevolentiâ detur.* II. *Quia feudum nunquam emitur, nisi expresè inter contrahentes ità conveniat: at hoc ut feudo insit non est de feudi naturâ, alioquì semper necesse esset feudum emi, aut certo pacto peculiariter providere ne emeretur.* Curt. p. 1. q. 6. Borch. c. 4. n. 26. Moz. de divis. feud. n. 37. Schrad. p. 4. n. 55 & seq. Gail. 2. obs. 159. n. 3 & 4. Rosenth. c. 2. concl. 61. n. 1. Obst. *Quod nusquàm in textibus feudalibus descriptum reperiatur, feudum debere esse gratuitum, complurib⁹ autem demonstretur feudum emi posse atq; adeò gratuitum non esse.* Sonsb. p. 2. n. 7. & seq. Ry. Vult. d. c. 8. n. 45.

XX.

Cum v. Divisio rem claram & apertam reddat, & divisa melius intelligantur, ordinis ratione exigente commodè feudorum divisiones subjiciuntur. *Divisio.*

XXI.

Sed enim in Divisionibus quoq; feudorum variè discrepent Interpretes (alij n. 20. alij 10. alij 9. alij 7. alij 4. afferunt, Quidam etiam in duo summa genera feudorũ divisionem deducunt) ideò nos præcipuas & potiores, quibus reliquæ ferè omnes continentur, breviter recẽsebimus, digniores cum Feudistis præmittentes.

XXII.

Feudum itaq; aliud est Ecclesiasticum aliud seculare (a) Ecclesiasticum (a) quod vel Ecclesia vel clericus vel etiam Laicus alteri concedit in re Ecclesiastica (c) Seculare in re profanâ seu seculari constitutum (d). *F. Ecclesiasticum. Seculare.*

a) Zas. p. 2. VVesenb. de feud. c. 2. n. 3. Schrad. p. 2. c. 3. n. 17. & seq. Vult. 1. F. 8 c. 19. Schneid. p. 1. n. 50. b) *Germanico idiomate vocatur* Ein krumbstäbisch / von krummen stab herrürend / oder krumbstabslehen. *Vtuntur enim Episcopi & prælati curvo baculo, quod præditi sint potestate coarctatâ, quam designat baculi inflexio seu curvatio.* Andr. Knich. de pact. vestit. p. 1. c. 4. n. 34. c) c. 1. *Qui succeff. teneant.* 1. F. 9 c. 1. Episc. vel Abbat. 1. F. 6. Vult. d. loco. d) c. *ex transmissa.* Ext. de for. compet. c. 1. De cleric. qui inbestit. 2. F. 35. Vult. d. n. 19. Sonsb. p. 3. n. 5.

XXIII

Unde nihil interesse putamus quis hoc vel illud constituat quis

quis itidem accipiat, clericus vel laicus. Clericus enim dat feudum etiam seculare si nimirum illud constituat in bonis suis proprijs & patrimonialibus (a) & laicus dat etiam feudum Ecclesiasticum eo casu, quo bona Ecclesiastica habet, & de ijs disponendi atq; adeò etiam in feudum dandi potestatem liberam (b) ità etjam clericus accipit feudum seculare (c).

a) d. c. 1. De cleric. qui invest. 2. F. 35. c. ex transmissa. Ext. de foro compet. Sonsb. d. p. 3. n. 5. Schrad. d. p. 2. c. 3. n. 18. b) Vult. d. c. 8. n. 19. Zas. d. p. 2. n. 7. Jason. in prælud. feud. n. 120. c) Gail. 1. obs. 30. n. 4. & seq. Vult. d. n. 19.

XXIV.

Non tamen negamus illud quoq; interdum dici Ecclesiasticum, quod ipsi Ecclesiæ conceditur, etsi minus propriè.

Rosenth. c. 2. concl. 5. per c. 1. in fi. De capit. Conrad. 2. F. 40. ubi Cujac. Ferrar. Mont. 1. F. 6.

XXV.

Feudum deindè aliud est Nobile, aliud Ignobile seu Plebejum.

c. 1. Quis dic. dux March. Com. 2. F. 10 junctο c. 1. in pr. De pac. ten. int. subdit. 2. F. 53. Vult. d. c. 8. n. 9. Schneid p. 1. n. 33. Duar. c. 4 n. 8.

XXVI.

Nobile. Nobile est, quod personam accipientis seu possessorem suum nobilitat, inq; eo omnes Dd. consentiunt.

XXVII.

Sed quodnam illud sit, quod dignitatem annexam habet suumq; accipientem nobilitat, non æquè inter omnes convenit. Verior nobis videtur opinio Vultei, quod feudum nobile sit concessum ab habente potestatem & voluntatem nobilitandi accipientem.

Vult. d. c. 8. n. 9. Rosenth. d. c. 2. concl. 3. Duar. d. c. 4. n. 8.

XXVIII.

Undè concludimus feudum sui naturâ non nobilitare, sed tum demum, si ab Imperatore aliovè, qui jus conferendæ nobilitatis habet, hac voluntate ut nobile ei sit & nobilis unà fiat concedatur.

Vult. d. n. 9. Cujac. 2. F. 10. Rosenth. d. c. 2. concl. 2. ubi Diss. allegat. Duar. d. c. 4. n. 8. Quod indè manifestum evadit, quod interdum aliquis investiatur ab Imperatore de Ducatu aut Comitatu, qui tamen nõ appelletur Dux aut Comes, sed tantum possessor Ducatus aut Comitatus, Einhaber des Fürstenthumbs oder Grafschafft. Rosenth. c. 2. q. 2. n. 9.

25. Volun-

XXIX.

Voluntatem autem nobilitandi ex investituræ tenore metimur, qui si dubius est, præsumendum potius est feudum datum esse nobile; Et hæc præsumptio tum omninò procedit, si Vasallus longam annorum seriem numerare possit, quâ feudum onusquè militiæ ei annexum in familiâ suâ resederit.

Cujac. d. lib. 2. tit. 10.

XXX.

Consuetudinem quod attinet, eam quoque nobilitatis jus & dignitatem tribuere posse ostendit.

Tiraquel de nobil. c. 10 n. 1. & seqq.

XXXI.

Feudum ignobile seu Burgense Bürger oder Bawerlehen est, quod possessorem suum non nobilitat, & concessum est sine voluntate nobilitandi accipientem. *Ignobile.*

Rosenth. d. c. 2. concl. 2. n. 7. Schneid. p. 1 n. 34. Zas. p. 2 n. 5. Jacob. de S. Georg. in verb. in feudum. n 26. Intrigl. q. feud. 31. n. 34.

XXXII.

Feudum Nobile rursum aut est Regale, aut non Regale.

c. 1. ibi, de aliquâ regali dignitate. De feud. March. Ducat. 1. F. 14. & c. 1. ibi, de beneficio regali. De capit. Corrad, 2. F. 40. Schneid. d. p. 1. n. 31. Vult. d. c. 8. n. 10. VVes. c. 2. n. 4.

XXXIII.

Regale est, quod regis vel principis superiorem non recognoscentis auctoritate conceditur cum annexâ dignitate regali, Germani vocant ein Fahnlehen/ ein Reichslehen. *Regale.*

Moz. de Divis. feud. n. 42. Vult. d. n. 10. Schneid. d. n. 30. Knich. de jur. territ. c. 1. n. 322.

XXXIV.

Hujusmodi feuda regalia sunt Electoratus, qui ab Ottone 3. primùm institutus dicitur (*a*) Regnum (*b*) Archiducatus, Ducatus, Landtgraviatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus, Burggraviatus.

a) Schar. in lib. sing. de Elect. origine c. 1. Heig lib. 1. q. 3. b) Eguin. Baro in. l. de feud. March. 1. F. 14.

XXXV.

Et hæc feuda naturâ suâ sunt indivisibilia (*a*) in tantum, ut ne consortum consensu dividi possint. (*b*)

a) d. cap. 1. de feud. March. 1. F. 14. Dd. com. in d. cap. 1. Quis. ic. Dux March. com. 2. F. 10. Vult. d. c. 8. n. 36. Gail. 2. obs. 153. n. 1. Chassin. in consuet. Burg.

de feud. rubr 3. §. 9. n. 7. Curt p. 4. q. 3. n. 122. Borch. c. 7 n. 41. (b) c. 1 §. 1. vers. præterea Ducatus. De prohib. feud. alie per Frider. 2. F. 55. Curt. d. n. 22. Schrad p. 8 c. 2. n. 39. in f. Zas. conf. 20. n. 3. Oldrad. conf. 94. Joh. Fichard. conf. 12 n. 3. Et hoc Politici probant, nihil enim est tam impatiens consortii, quàm Imperium & Regnum, quià etiam inter privatos communio parit discordiam & rixas. *l. 77. §. dulcissimis. ff. de Leg. 2.* Id Roma fraterno madens sanguine testatur, quæ condita duos fratres simul reges habere non potuit, itaq; fratricidio dedicata est. Id & naturæ in animantibus docet instinctus, quo in apibus principem unum esse videmus, & grues ducem unum ordine sequi literato. *c. in apibus. 7. q. 1.* Deinde, quià divisio vires imperii diminuit, divisio enim, ut vulgò dicitur, rem attenuat, & multi fratres depauperant monasterium. *Rittersh. in part. feud. lib. 1. c. 4. n. 7.* Vndè unum imperii corpus unius animo regendum videtur, sicut ab uno gubernatore una navis *Lips. lib. 2. Polit c. 2. Baro à Tautemb. in c. 1. §. & quià. n. 6. De his qui feud. dar. poss.*

XXXVI.

Reliquis tamen filiis natu minoribus à primogenito tantum præstandum est, quantum ad honestam vitæ sustentationem sufficiat pro generis splendore & facultatibus principatus, modò tamen primogenito supersit, quo principis dignitatem tueatur.

Baro à Tautemb. in d. §. & quià n. 7. Ranchin in tract. de succes. ab intest. in §. 10. n. 4.

XXXVII.

Hodiè autem vi consuetudinis tum apud exteros, tum præcipuè apud Germanos receptæ feuda dignitatum majorum dividuntur non solum ratione Jurisdictionis & administrationis, sed etiam ratione bonorum & dominii utilis.

Chassan. in consuetud. Burg. de feud. rubr. 3. §. 6 n. 11. VVesenbec. cap. 6. n. 14. Tiraquel de jur. primogen. q. 4. n. 36. Valt. d. cap. 8. n. 36. Curt. d. p. 4. n. 122. vers. secundo limitatur, & vers. octabo potest. Clar. in §. feudum q. 44. n. 2 Schurf. conf. 7. n. 5. cent 1. Hen. God. conf. 20. n. 4.

XXXVIII.

Excipitur tamen Electoralis dignitas, quam Imperator Carolus IV. individuam esse & jus primogenituræ in eâ locum habere voluit.

ut videre est in aureâ Bullâ. rubr. Von der Ertzbischoffen segen. §. Wie wol auch.

XXXIX.

Ut li-

Et licet in feudis regalibus filii non succedant, nisi investituram acceperint ab Imperatore (a), contrarium tamen de consvetudine usurpatur (b). 11

a) c.1. in pr. de feud March. vel Ducat. vel Comit. 1. F. 14. b) c. 1. in fi. de alie. Feud. 1. F. 13. Duar. de feud. c. 9. n. 14.

XL.

Feudum non regale est feudum nobile cum dignitate, regali tamen minore, ab eo, qui conferendi potestatem & voluntatem habet, concessum. Nõ regale.

Vult. d. c. 8. n. 10.

XLI.

Feudum rursus aliud est Ligium, aliud non Ligium:

text. in clem. pastoralis. De sent. & re judic cap 1. §. Satis bene. De prohib. feud. alie. per Lothar. 2. F. 52. Duar. cap. 4. n. 2. Moz. de feud. cap. 2 n. 15. Vult. d. cap. 8. n. 20. Cujac. lib 2 feud. cap. 7. Clar. in d. §. feudum q 11. Schneid. d. p. 1. n. 42.

XLII.

Ligium (â ligando sic dictum per excellentiam, quod videlicet sub arctissimo fidei nexu conferatur) est, in quo juratur fidelitas contra omnem hominem nullius alterius fidelitate exceptâ. Daß sich der Lehenman will gebrauchen lassen wieder manniglich/ niemandt außgeschlossen. Ligium.

c. 1. de feud Ligio. 2 F. 99. Schneid. d. p. 1. n. 42: Rosenth. cap. 2. concl. 4. n. 8. Iacob. de S. Georg. in verb. in feudum n. 19. Hartm. Pist q. 47. n. 45. Schrad. d. p. 2. c. 4. n 1. & seqq. Vult. d c. 8. n. 20.

XLIII.

Non Ligium est, quando vasallus jurat fidelitatem Domino, alio antepositio seu excepto. Non Ligium

Borch. c. 4 n. 23. VVesenb. c. 2. n. 9. Vult. d. c. 8. n. 22. Rosenth. c. 1. concl. 4. n. 8. Clar. in d. §. feudum q. 11.

XLIV.

Sed quid num unus duorum vasallus ligius esse potest? Neg. I. per cap. 1. de feud. Lig. 2. F. 99. ubi expressè dicitur, quod nemo possit duorum Ligius esse. II. per cap. 1. factum fratr. frat. 2. F. 93. ibi, nullo antepositio, & cap. 1. §. satis bene. de prohib. feud. alie. per Lothar. 2 F. 52. III. Quia impossibile est, duos esse dominos in solidum eodem jure. l. si ut certo. §. si duobus. ff. commod. IV. Quia fides omnigena uni eidemq; sine exceptione debita alii deberi nequit Bald. in l. 2. n. 6. C. de oper. libertor. Nec obst. c. 1. §. fin. De prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. ubi dicitur in constitutione

feudi Imperatoriam majestatem semper excipi. E malè dicitur, quod ü, qui feudum ligium accipit, teneatur ipsi domino nullo antepositio servire. Quià exceptio in casibus non exceptis firmat regulam. II. Obst. Quod feudum ligium detur tantum ab Imperatore, & aliis superiorem non recognoscentibus. *Duar. cap. 4. n. 12.* Atqui Imperator Romanum Pontificem ut superiorem recognoscit, atq; pro vasallo ab eo habetur *c. 1. Imperat. feud. amit. 2. F. 100. c. tibi Domino 33. dist. 63.* Ergo videtur, quod quis duorum ligius esse possit; si enim Imperatori fidelitatem nullo antepositio præstare teneatur, magis tenebetur Pontifici Romano eandem fidelitatem simul præstare; semper enim præsumitur superior persona excepta. Resp. *Vult. d. c. 8. n. 22. & Niel. disp. feud. 1. th. 9. lib. b.* III. Obst. Quod consuetudine recipi possit, ut idem eodem tempore vasallus ligius esse possit duorum. *Guid. Pap. decis. 310.* Resp. *Vult. d. loco.*

XLV.

Ex postfacto tamen evenire potest, ut quis duorum Ligius esse possit.

d. c. 1. de feud. Lig. 2. F. 99. ubi Cujac. Rosenth d. c. 2. concl. 4. n. 2. Vult. d. c. 8. n. 21. Gail. de Arrest. Imp. c. 6. n. 30.

XLVI.

An verò is, qui Ligius est Imperatoris, nihilominus alterius principis in imperio constituti, quoad certa bona Landtsassius & subditus esse possit hic dubitatur? Aff.

I. Quià unus idemq; homo diversis respectibus & qualitatibus duplicem personam repræsentare potest & diverso jure censeri, quod probatur exemplo Serenissimi Regis Daniæ, qui ratione Ducatus Holsatiæ est status imperii, ratione verò regni Daniæ non est, nec superiorem recognoscit. II. Quoties duæ qualitates simul concurrunt, quarum quælibet per se possit operari suum effectum, tunc una qualitas alteri non derogat. *Bl. in l. Titiæ textores. n. 1. de Leg. 1. & ibid. Ias. n. 26.* Atqui in nostro casu qualitates planè diversæ & separatæ sunt, tum quoq; in eodem subjecto citra ejus corruptionem simul consistere possunt, nec ullam inter se ex naturâ separatorum continent repugnantiam, neq; per actum unius impeditur administratio alterius. *l. duorum libertus. 49. de oper. libert. c. pastoralis. ibi, nisi fortè. de conces præbend.* I. Obst. Quod qualitas subjecto suo inhæreat, & ab eo divelli nequeat, & accessorium principale suum sequatur, & naturam dignioris assumat, *l. cum per manus. C. de jur. Codicil.* Resp. *Gail de Arrest. Imper. c. 6.* II. Obst. Quod subditus eandem fidelitatem, quam vasallus

vasallus ligius præstare teneatur. E. ut idem Ligius duorum non possit esse vasallus, sic neq; subditus alterius & vasallus alterius. Resp. *Gail. d. loco.* III. Obst. *Quod ex hac distinctione diversarum qualitatum curiæ imperiali, aut ejus dignitati multum decedat, & jura Cæsaris & Imperii labefactentur.* Resp. *Gail d. loco.*

XLVII.

An etiam feudum ligium invito domino vasallus refutare possit? Aff.

I. *per cap. 1 De vasal. qui contra const. Lothar. 2. F. 38. quod indistinctè est conceptum, à cujus definitione nunquam hoc feudum excipitur, nec Juris ratio excipi patitur, certum verò est, quod regulæ Iuris semper inhærendum & secundum regulam pronunciandum sit, nisi de exceptione expressè fides fiat.* II. *Quià inter feuda ligia & alia feuda, quoad hoc propositum nulla diversitatis ratio assignari potest, & certum est quod in omnibus illis casibus, inter quos ratio diversitatis assignari nequit, idem jus servandum sit. l illud 32. in pr. ff. ad L. Aquil.* III. *Quià usufructuarius relinquere potest usumfructum, & cum paratus est eum relinquere, non tenetur onera præstare. l. cum fructuarius 65. ff. de Usufruct.* E. *& vasallus, cum paratus est feudum refutare, liberatur ab omni onere servitii præstandi, vasallum enim ab usufructuario parum differre constat.* IV. *Quià feudum principaliter consideratur respectu favoris vasalli, cui ipse renunciare potest.* I. Obst. *Quod omnia feuda invito domino non possint refutari ex fundamento Regulæ, quæ habetur in l. nihil tam naturale. 35. ff. de R. I. Atqui inter vasallum & dominum mutua nascitur obligatio, quæ non ab alterutrius, sed utriusq; contrahentis voluntate dependet. l. Labeo. 19. § contractum. de V. S.* Resp. *Fach. 7. contr. 60.* II. Obst. *Contrariorum eadem est disciplina. l fin C. de indict. viduit. toll. At Dominus vasallum non potest feudo exuere, nisi certis cognitisq; de causis. E. nec contra vasallus dominum.* Resp. *Cujac. 2. F. 14.* III. Obst. *Quod grave sit principi fidem datam fallere, ideò non debet vasallus ligius eum illudere feudum renunciando.* Resp. *Fach. d. loco.* IV. Obst. *Omne juramentum, quod sine dispendio salutis servari potest, non est violandum. c. cùm Christus. Ext. de jurej. At vasallus sacramenti religione obstrictus est domino c. 1. de nov form. fidel. 2 F 7.* R. *Feudatarius tã diu seniori vinculo juramenti devinctus tenetur, quàm diu feudum possidet, eo verò per refutationem amisso, ulterius non astringitur.* V. Obst. *Quod feudum ligium magis inhæreat personæ quàm rei, cum simplex feudum magis sit ser-*

vitus rei quàm personæ; persona quidem in simplici feudo etiam obligatur, sed propter rem, homo verò ligius arctius ligatur propter personam suam principi. Resp. Feudum ligium æquè est feudum ut cætera feuda, & omnes vasalli subjecti sunt domino & potestati; licet quoad qualitates seu officia discrepent & dissentiant: majus autem & minus non constituunt specificam differentiam.

XLIIX.

Ulterius hîc quæritur, an in feudo ligio pontifex Romanus excipiendus sit? Neg.

I. Quià feudi ligii hæc est natura, ut juretur fidelitas super feudo contra omnem hominem mundi nullo excepto, & suscipitur hoc feudum nonnisi ab Imperatore vel rege, qui superiorem non recognoscunt, dicitur enim homo ligius quasi suo domino planè alligatus. E. non potest Romanus pontifex in illo feudo esse exceptus. II. Quià hac ratione fieret, ut feudum ligium in effectu non daretur ab ullo alio, quàm à pontifice Romano, quod tamen principiis de feudo ligio & non ligio est contrarium. Vult. d. c. 8. n. 22. vers. imperatori quidem. Schneid. p. 5. n. 83. in fi. Bodin. de repub. lib. 1. c. 9. p. 178. Diss. Curt. p. 1. q. 8 n. 23.

XLIX.

Porrò feudum aliud dicitur Masculinum, aliud Fœmininum. Sonsb p. 4 n. 27. VVesenb. c. 2. n. 5. Rosenth. d. c. 2. concl. 6. Schneid. p. 1. n. 48.

L.

Masculinum. Fœmininum. Masculinum est, quod à vasallo masculo primùm (a), Fœminum contrà, quod à fœminâ primò acquisitum est, Weiber oder Kunckellehen (b)

a) c. 1. § hoc autem notandum. De his qui feud. dar poss. 1. F. 1 c. 1. in fi. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. b) c. 1 de feud fœmin. 2. F. 30. & ibi Dd. Schrad. p. 2. c. 4. n. 11. VVes. d. c. 2. n. 5. Intrigl. q. 27 n. 8.

LI.

Et sic masculinum aut fœmininum æstimandum arbitramur ex primo acquirente, non ex acquirentis successore, neque etiam ex personâ feudum concedentis.

d. cap. 1 de feud fœmin 2. F. 30. & cap. 1 de nat. success. feud. 2 F. 50. Quià feuda & eorum denominatio âb ipsorum origine petenda sunt, cum trita sit Iuris feudalis regula, in feudis semper eorum originem & primum stipitem inspiciendum esse. Extra omnem autem controversiam est, feudum eo pacto acceptum ut fœminæ succedant, acceptum esse masculo, & ità ab origine suâ masculinum esse & masculinum manere, haud secus atq; feu-

dum

dum fœmininum est & manet etiamsi masculi posteà in eo succedant. Vult. d. c. 8 n. 3. In largiori tamen significatione feudum fœmininũ dicitur illud, in quo fœminæ succedunt, Masculinum verò, in quo soli masculi, nunquã fœminæ ne quidem masculis deficientibus. Et licet hoc ab essentia Iuris nõ dici possit, usu tamen Iuris fœdalis verum non est, & satis refutatur per c. 1. in pr. De nat. success. feud. 2 F. 50. ubi aperte feudum, in quo filia ex pacto succedit, à fœmineo distinguitur, & c. 1. De success. fratr. 2. F. 11. ibi, nisi ejus conditionis sit (id est, nisi sit fœmininum) vel eo pacto acquisitum.

LII.

In dubio autem num feudum fœmininum sit an verò masculinum hîc quæritur? Hoc præsumitur, nisi contrarium ab allegante probetur.

I. per text. in c. 1. §. fin. Quid sit invest. 2. F. 2. II. Quià textus Iuris feudalis loquuntur tantum de masculo, non autem de fœminâ, nisi in investiturâ expressa fœminarum mentio facta fuerit, ut in d. c. 1 §. hoc autem & ibi Præpos. n. 1. De his qui feud. dar. poss. c. 1. §. fin. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. III. Quià inter naturalia recensetur, ne fœmina in feudis succedant c. 1. §. fin. De success. feud. 1. F. 8. Quæ autem rei naturaliter insunt, tam diu inesse præsumuntur, donec de contrario constet, & secundum naturalia faciendæ est interpretatio, nisi verborum proprietas repugnet. Fœminæ verò naturaliter & regulariter feudorum incapaces sunt. 1. quià arma ferre non possunt. 2. propter publicam honestatem, quæ non patitur ut cœtui virorum se immiscean. 3. propter fragilitatem consilii, persæpè enim mulierum consilia contra propria commoda laborant. 4. propter lubricitatem voti, quà ter mutantur in horâ. 5. propter periculositatem secreti, quod retinere non possunt. Bald. in l. quotes in pen. col. C. de suis & legit. hered. Obst. Quod res in dubio talis præsumenda sit, ut quàm proximè accedat ad naturam suam pristinam l. altius 8. C. de servit. Facit hùc trita regula, rem quamlibet præsumi allodialem, non feudalem. Ai si fœmineum esse dixerimus, quàm proximè ad naturam pristinam accedimus, secundum quam successioni fœminarum locus fiet, juxta l. maximum vitium. C. de liber. præter. Resp. Arum. diss. feud. 2 th. 7.

LIII.

Feudum deindè aut est Novum, aut Vetus.

c. 1 per quos fiat inbest. 2. Feud. 3. c. 1. Vers. his autem deficientibus 2. F. 15 c. 1. de de duob. fratrib. à capit. inbest. 2. F. 18. c. 1. in pr. si de feud. defuncti. cont. sit 2. F. 26. Rosenth. d. c. 2. concl. 9. Vult. d. c. 8. n. 4.

LIV.

Feudum

LIV.

Novum. **Feudum novum est**, quod de novo conceditur, & habet initium in personâ primi investiti, & in primi acquirentis personâ consistit, neque adhuc ullâ successione ad alios pervenit.

cap. 1. vers. novam. Qui test. sunt necess. 2. F. 32. cap. 1. in fi. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. Mor. c. 2. n. 7. Aliquandò tamen & hoc, quod sæpius ad primi adquirentis descendentes per successionem devolutum est, respectu collateralium primi acquirentis Novum vocatur, cum tamen quoad acquirentis descendentes nunc sit paternum seu antiquum. Rosenth. d. c. 2. concl. 9.

LV.

Et pertinet hoc feudum saltem ad descendentes, non transversales, adeò ut etiam si gemini fratres de unâ re infeudentur, altero sine heredibus defuncto, ejus portio superstiti non accrescat, nisi hoc in investiturâ expressè sit dictum.

c. 1. §. fin. vers. in alio. De succes. feud. 1. F. 8. c. 1. de fratrib. de nob. benef. invest. 2. F. 12. Ferrar lib. 1. c. 6.

LVI.

Vetus. Vetus est feudum per successionem ulterius propagatum, Germani vocant ein Altvatterlich/Uhraltvatterlich Stam oder Altlehen.

c. 1. vers. de veteri Qui test. sunt necessar. 2. F. 32. Vult. d. c. 8. n. 4. vers. Vetus est. VVesenb. d. c. 2. n. 6. Schneid. d. p. 1. n. 63. Curt. d. p. 1. q. 8. n. 7. Rosenth. d. c. 2. concl. 10. Iutrigl. q. 21. n. 4. & seqq. Hartm. Pist. q. 5.

LVII.

Vetus feudum rursus subdistinguitur in Paternum & Antiquum.

c. 1. §. 1. de succes. feud. 1. F. 8. Vult. d. c. 8. n. 5. Borch. c. 4. n. 2. Hartm. Pist. d. q. 5. n. 2. VVesenb. cons. 9. n. 15.

LVIIX.

Paternum. Paternum vulgò est, quod â patre vel aliquo ascendentium usque ad quartum gradum inclusivè, avo puta, proavo & abavo acquisitum est.

c. 1. §. hoc quoq. De succes. feud. 1. F. 8.

LIX.

Antiquum. Antiquum verò, quod ab aliis ascendentibus in ulterioribus gradibus existentibus, & communis agnationis parentibus quæsitum est:

Hannet. 1. F. 3.

LX.

Et quam-

Et quamvis hæc duo genera feudorum in effectu non differant (a), sed ejusdem sint naturæ & potentiæ, si is, qui acquisivit feudum, fuit communis agnationis parens (b). Differt tamen feudum antiquum â paterno, quià licet omne feudum paternum Antiquum, non tamen omne feudum antiquum continuò paternum est, potest enim esse maternum, id est â fœminâ, quæ fuit ex ascendentibus nostris & caput cognationis, acquisitum (c).

a) c. 1. vers. paternum. De nat succeß. feud. 2. F. 50. b) c. 1. §. hoc quoq; & ibi Bald. De succeß feud. 1. F. 8. c) c. 1. an marit. succed uxo. 1. F. 15. Zas p. 3. n. 3.

LXI.

An autem feudum in dubio antiquum, an verò novum præsumatur anxiè ab interpp. investigatur? Nos distinctionis fœdere rem componi posse arbitramur. Aut enim dominus est in possessione, aut agnatus, vel neuter. Si dominus possidet, præsumitur esse feudum novum, & agnatus feudum esse paternum probare necesse habet.

c. 1 in fi. De content. int. me & dom. 1. F. 12. Curt. p. 1. q. 8. n. 17. Alvar. Iacob. de Belvis. & Schenck in c. 1. §. Si verò. De succeß. frat. vel grad. succed. in feud. 2. F. 11. Zas. p. 11. n. 31. Moz. de nat feud. n. 20. Rosenth. d. c. 2. concl. 31. Menoch. de arbitr. Iudic quæst. lib. 2. caſ 191. n. 6.

LXII.

Si vasallus est in possessione, & dominus feudum novum esse contendat, præsumptio est feudum esse antiquum, nisi contrarium dominus docuerit, aliàs agnatus præstito tamen prius jurejurando absolvitur.

d. c 1. De content. int. me & dom. 1. F. 12. c. 1. in pr. vers. si verò fuerit. Si de feud. inveſt. cont. fuer. 1. F 4. Curt. d. p. 1. q. 8. n 17. Vult. d. c. 8. n. 8. VVeſ. d. c. 2. n. 8. & conſil 93. n. 16. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 93. n. 10. & d caſ. 191.

LXIII.

Si verò neuter est in possessione, præsumitur potius esse feudum antiquum quàm novum, & hoc casu vasallus in feudi possessionem immittendus & conservandus est.

I. *Quià feudum novum dependet â constitutione novâ, & â contractu seu conceßione, quæ cum sint facti. l. 7. in fi. ff de Curat. furioſ. probari debet l. aſſeveratio. 10. C. de non numer pecun.* II *Quià in dubio id, quod benignius est, præsumitur. l. fin. C. Qui bon. ceder. poſſ. l semper. 9 ff. de reg jur. l. 3. de his quæ in teſtam. delent. Benignius autem est præsumi feudum antiquum quàm novum, ob id, quod admittantur agnati, qui aliàs essent excluſi, æquita-*

ti enim convenit similia bona conservari in agnatione & familiâ. III. Quià magis præsumimus id, quod naturale est, cujusmodi est, quod ex successione progenitorum accepimus, quàm quod est accidentale. l. qui habet 3. ff. de tutel. l. si quis posthumos. 9. ff. de liber. & posthum. Mozz. d. l. n. 21. Schrad. p. 2. c. 3. n. 42. Rosenth. d. c. 2. concl. 26. n. 1. & 8. Borch. d. c. 4. n. 3. Zas. p. 11. n. 31. Alciat. reg. 3. præsumpt. 28. n. 1. Menoch. 3. præsumpt. 93. Iaf. in prælud. feud. n. 97. Pfeil. cons. 67. n. 32. vol. 2.

LXIV.

Si verò Dominus concedat alicui feudum novum, ità ut vasallus jure feudi antiqui id possideat, utrum hujusmodi feudum assumat naturam & qualitatem feudi antiqui, die art/eigenschafft oder natur eines alten Lehens? Aff.

I. Quià sicut contractus ex conventione legem accipiunt. l. 1. §. si conveniat. ff. Depos. sic feudales concessiones ex tenore investituræ spectandus est. c. 1. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. de feud. non habent. propr. nat. 2. F. 48. cap. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50. II. Quià illa verba jure feudi antiqui non sunt enunciativa, sed potius dispositiva, quià concedens feudum concedit jure feudi antiqui aviti & paterni. Cùm ergò ex pacto possit alterari natura feudi, & apponi pactum quod succedant illi, qui aliàs non erant successuri. c. 1. in fin. ibi, nisi pactum fuerit. De feud March. 1. F. 14. & c. 1. in fi. de duob. fratr. â capit. investit. 2. F. 18. E. valebit etiam pactum, quod feudum novum intelligatur concessum jure feudi antiqui. III. Quià quilibet, qui rerum suarum moderator & arbiter est, de novo feudo facere potest antiquum, sibiq; præjudicare & legem, quam velit, suis rebus imponere. l. 21. C. Mand. ex tali enim concessione, ex quâ feudum novum efficitur antiquum, resultat solum præjudicium concedenti, quo feudum domino minus aperiatur quàm feudum novum, quod de jure omnium feudorum regulariter non admittit agnatos collaterales in successione feudi. c. 1. vers. his verò deficientibus. De succes. frat. 2. F. 11. sed antiquum sic. I. Obst. Quod novum censeatur, cum non venerit â communi agnationis parente. De succes. fratr. vel grad. succed. in feud. 2. F. 11. Resp. Ioh. Thom. de Marin. De generib. & qualit. feud. tit. 2. n. 43. II. Obst. Quod veritatem & substantiam rerum non immutet hominum denominatio. l. si fortè. ff. de castr. pecul. l. non epistolis. l. non nudis. C. de probat. quodq; falsa demonstratio mutare substantiam veritatis minimè possit. l. cum falsa. C. de jur. & fact. ignor. & quod sola nominis differentia non mutet substantiam rei. Bald. in l. licet certis. vers. quoto. C. de Locat. & quod cautela verborum non mutet rei naturam. Bald. in c. licet de evitãda. Ext. de Elect. & deniq; quod nostrum affirmare vel negare nihil

mutet

mutet in re. Tiraq. de utroq. retract. § 32. glos. 1. n. 34. & seqq. Resp. *Borch. cap. 4. n. 7. & 8.* III. Obst. *Quod contrariorum eadem sit disciplina. Sed feudum antiquum concessum jure feudi novi non assumit naturam novi. arg. cap. 1. de vasal. decrep. ætat. 2. F. 14. & cap. 1. An agnat. vel filius. 2. F. 45. E. econverso idem dicendum,* Resp. *Fach. 7. contr. 58. & Curt. p. 1. q. 8. n. 11.*

LXV.

A prælato tamen vel Episcopo feudum novum tanquam antiquum concessum non sortitur qualitatem feudi antiqui, sed novum manet.

Quia prælatus vel Episcopus Ecclesiæ conditionem deteriorem facere, & res Ecclesiæ non solitas infeudari in feudum dare prohibetur. l. jubemus. C. de SS. Eccles. Fach. 7. contr. 58. vers. hæc autem sententia. Vult. d. c. 8. n. 6. in fi. Gail. 2. obs. 50. n. 1 Mynsi. cent. 6. obs. 18. Jas. in prælud. feud. n. 91. Zas. p. 3. n. 6. & seq. Mozz. de divis. feud. n. 61. Borch. d. c. 4. n. 9. Diff. Curt. p. 1. q. 8. n. 15. vers. in fine, Cui Resp. Fach. in d. vers. hæc autem sententia.

LXVI.

Sed quid si vasallus de feudo antiquo sivè paterno tanquàm de novo investiatur, utrum etiam hoc feudum naturam & qualitatem feudi novi recipiat? Aff. si agnati consentiant, sin minus sibi duntaxat vasallus præjudicat, agnatis verò minimè.

I. *Quia dominus in renovatione investituræ non potest immutare formam ac tenorem antiquæ, imò post confectum instrumentum novæ investituræ non potest dominus invito vasallo apponere novum pactum, quia ius quæsitum agnatis ex veteri investiturâ non potest ex facto alterius eis tolli. l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum. ff. de R. J.* II. *Quia in feudo antiquo non obtinet successio, neq; unus ab alio causam habet, sed omnes à primo acquirente. c. 1. §. 1. ibi, per investituram patris vel avi. De feud. March. 1. F. 14. & ideò ab ejus providentiâ recedere non licet.* III. *per c. 1. De vasal. decrepit. ætat. 2. F. 14.* I. Obst. *c. 1. in fi. An agnat. vel fil. 2. F. 45. & c. 1. De eo qui fin. fecit agnat. 2. F. 49.* Resp. *Ioh. Thom. de Marin. De generib. & qualitat. feud. tit. 2. n. 30. & seqq.* II. Obst. *Contrariorum eadem est disciplina, l. 1 ff. de his qui sunt sui vel alie. Iur. Vnde si de novo feudo dominus potest facere antiquum, (quod eum posse supra lib. 64 firmavimus) E. etiam de antiquo potest facere novum.* Resp. *Ioh. Thom. de Marin. d. loco. & Gail. 2. obs. 49. & Borch. cap. 4. n. 11.* III. Obst. *Quod nova qualitas faciat novum feudum.* Resp. *Ioh. Thom. de Marin. d. loco.* IV. Obst. *Quod tacitè censeatur refutatum feudum in manus domini, & consequenter præsumatur aliquem investitum tanquam de novo feudo. cap. 1. de alienat. feud. pater. 2. F. 39.* Resp. *Ioh. Thom. de Marin. d. loco.*

LXVII.

Si feudum per feloniam domino apertum, & vasallus feudi possessione privatus, & eidem rursus collatum sit, an novum efficiatur an verò antiquum maneat hîc ulteriùs quæritur? Prius quoad ejus personam Aff.

I. *Quia feudum si domino apertum est, jus, quod vasallus in eo habuit, resolutum desinit, & si rursus ei conferatur, fit id novi contractus jure in re, quæ per omnia desiit vasalli esse, & domini facta est, quapropter & feudum novum erit.* II. *Facit quod traditur ædificium penitus destructum & restitutum novum dici. l. inter stipulantem. 83. §. sacram. d. V. O. quemadmodum is, qui reficit id, quod penitus & funditus collapsum est, novum facere dicitur. Bart. in l. pupillo. 5. §. si quis ribos. ff. de oper. nov. nunciat. Rosenth. de feud. d. c. 2. concl. 18. Iob. Ferrar. Montan. 1 F. 6. pag. 57. VVesenbec. cap. 2. n. 6. Vult. 1 F. 8. n. 4. Matth. de Afflict. decis. Neap. 112. n. 5. Præpos. in prælud. feud. in 6. divis. vers. hic præsupponimus. Borch. c. 8. n. 155. ferè in fi. Andr. de Iser. in c. 1. § insuper. De probib. feud. alie. per Frider. n. 58. & ibid. Iacob. de Belv. Bald. n. 8. Alvar. n. 5. Præpos. n. 2. Ioh. Thom. de Marin de generib. & qualit. feud. tit. 3. n. 8.*

LXIIX.

Secus tamen est, si dominus, qui vasallo feloniam remisit, dixerit feloniam remittendo se ipsum in integrum vel in pristinum statum restituere.

Dd. in c. 1. de vasal. decrep. ætat. Rosenth. d. c. 2. concl. 19. Schrad. p. 2. cap. 3. n. 46. Molin in consuet. Paris. §. 30. gl. 1. n. 105. q. 28. Clar. in §. feudum. q. 8. n. 6. & q. 66. Et hoc ipsa natura restitutionis, condonationis, remissionis, & redditionis simplicis demonstrat, cum hæc omnia amissarum & deperditarum rerum cum suâ sauſâ & qualitate recuperationem significent, atq; tantundem reddant quantum læsio abstulit. l. sed & partes. 12 in pr. ff. Quod met. caus. l. quod si minor. 24. §. restitutio ff. de minor. l. 1. l. fin. C. de sentent. pass. ubi Bart.

LXIX.

Eeudum porrò aliud est proprium seu rectum, aliud improprium, degenerans seu non rectum.

c. 1 de consuet. rect. feud 2. F. 32. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. 2. F. 38. VVesenb. d. c. 2. n. 2. Rosenth. d. c. 2. concl. 52. Schrad. p. 2. c. 3. in pr.

LXX.

Proprium. Feudum proprium sivè rectum est, quod communi ac regulari jure feudali censetur, & in nullâ parte recedit â regulis juris feudalis, sed iis simpliciter innititur.

c. l. §.

t.1.§.fi.ibi,propriè jure feudi censetur. De his qui feud dar. poss. Vult. d.c.8.n.37. **Vox tamen** rectum **in textibus juris feudalis videtur accipi strictius pro feudo, cujus possessio justa est.** *c.1.de consuet.rect.feud.2.F.33.junctio cap.1.in pr.per quos fiat investit.*

LXXI.

Non rectum, degenerans, improprium sivè propriam naturam non habens, quod â communi ac regulari feudi jure recedit. *Impropriũ, qualia sunt*

d.c.1.§.fi.ibi, non jure feudi judicatur De his qui feud.dare poss c.1.§.fi.ibi, præter communem feudi rationem, item ibi, contra feudi consuetudinem. Quid sit investit.2.F.2.VVesenb.d.c.2.n.10.Schrad.d.p.2.c.3.n.2.Schneid.d.p.1.n.37.

LXXII.

Hujusmodi impropria seu degenerantia feuda sunt. Feudum Emptum seu emptitium, quod interveniente pecuniâ acquiritur, sivè consensu domini â vasallo tertius, sivè vasallus â domino proprietatis ex causâ emptionis investiturâ interveniente acquisiverit. *F. Emptũ.*

d.c.1.§.fi. De his qui feud.dar.poss.1.F.1.c.1.de feud.Guard.1.F.2.c.1.de nat.feud. 1.F.7.c.1.de feud.dat.min.Valvas.1.F.16.c.1.de benef.frat 1.F.20.Vult.d.c.8.n. 45.Rosenth.d.c.2.concl.61.Gail.2.obs.159.n.3. Borch.c.4.n.26. **Hoc ideò improprium est, quià feudi natura est ut concedatur gratuitò, undè etiam in definitione appellatur beneficium, quod ex benevolentiâ datur.**

LXXIII.

Feudum pignoratitium & per antichresin datum vulgò ein Pfandtlehen, de quo dominus acceptâ certâ pecuniæ summâ, & reservatâ sibi relevendi facultate aliquem investit. *Pignoratitium.*

Rosenth.d.c.2.concl.77.& c.6.concl.80.n.11.Andr.Knich.de pact.best.cap.3.n. 256.Zas.p.12.n.23 & seq.Schrad p.2 c.4.n.57.

LXXIV.

Feudum fæmineum, quod â fæminâ primò acquisitum est. *Fæmineũ.*

c.1.de feud.fæmin.2.F.30.c.1.de nat.succes.feud.2.F.50.Vult.d.c.8.n.3. VVes. d.c.2.n.10.Hart.Pist.q.34.n.18.& seqq.

LXXV.

Feudum francum, quod est liberum & exemptum ab omni servitio, ad quod vasallus regulariter tenetur. *Francum.*

Petr Raven.2.F.23. in fi.Schneid.d p.1.n.53. **Dicitur** francum *quasi liberum à Gallicâ voce* franc, *quod illis liberum significat, & est improprium, quià feudi proprii natura est, ut ex eo servitia præstentur, datur quippè feudum ad hoc, ut vasallus ejusq; heredes fideliter domino serviant.*

ant. c. 1. §. fin. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. Vndè in literis investituræ talia verba apposita esse se vidisse testatur Schneid. d. p. 1. n. 54. vñ dorffen vns darvon keine dienste leisten/wie dann jhre Eltern darvon vnsern Vorfahren auch keine dienste gethan noch geleistet haben.

LXXVI.

Et licet hoc feudum liberum sit à servitiis, non tamen à fidelitate.

Quià servitia non sunt pars essentiæ sicut ipsa est fidelitas, itaq; â servitiis ad fidem ipsam non valet consequentia. arg. l. nec ex præterio. ff. de R. J. Et volunt com. Dd. quod hoc feudū sit ejus naturæ, ut vasallus liberè de eo testari illudq; irrequisito domino alienare, non verò illud ipsum refutare possit. Curt. d. p. 1. q. 8. n. 27. sed improbat hoc rectè Sonsb. p. 4. n. 32. per text. in c. 1. de feud. non habent. propr. nat. feud. 2. F. 48. qui in effectu vult, quod in solis alteratis quoad propriam naturam feudi feudum deficiat, in aliis verò semper servet naturam feudi. II. *Quià si posset alienari, jam non esset transitorium ad heredes legitimos, quod potissimum exigit natura feudi. c. 1. in fi. in quib. caus. feud. amit.* III. *Quià tunc planè esset liberum & nihil quasi juris relictum domino nec legitimis heredibus, quod satis esset absonum.*

LXXVII.

Guardiæ & Castaldiæ. Feudum Guardiæ ob custodiam rei commissæ (a), & Castaldiæ sivè Gastaldiæ ob procurationem rerum dominicarum datum (b).

a) Schrad. p. 2. cap. 4. n. 21. Zas. p. ult. n. 4. Rosenth. cap. 2. concl. 68. Dicitur enim Guardia *custodia, &* Guardiaci *custodes, quià castra & territoria eis custodienda traduntur, c. 1. de feud. Guard. 1. F. 2 Schneid. d. p. 1. n. 57. b)* Castaldia *enim dicitur gubernatio &* Castaldi *gubernatores, quibus committitur gubernatio fructuum & redituum domini, Sonsb. p. 3. n. 34, Schneid. d. n. 57.*

LXXIIX

Et hæc duo feuda anno finiuntur, nisi data sint in longius tempus, & cum personâ accipientis intereunt..

Quià officia ad heredes officiarii non transmittuntur. l. cujus. 9. ff. de Curat. furio. c. 1. in pr. De feud. Guard. 1 F. 2. Rationem verò, quarè hæc feuda anno finiantur, Alvar. eam dicit, quod officiales ingredicbantur sua officia Calendis Ianuariis, & ea obtinebant per anni spacium. l. Publius ff. de condit. & demonstrat. juncta. l. pridiè ff. de Feriis & dilat. quarè inquit post annum offi-

officio finito finiebatur etiam feudum, quia cessante causâ debet cessare effectus. Sed hanc rationem ridiculam esse dicit Schenck. Bar. in c.1. in pr. De feud. Guard. Quid enim hoc ad Parmenonis suem, quod consulatus cæteriq; Romani magistratus annales fuerint: cum hi nihil cum hoc hominum genere Castaldionum & Guardianorum habuerint commune. Rectè itaq; Bald. in d.c.1. de feud. Guard. circa fin. dicit, noli inquirere rationem, quia sufficit ità statutum esse, potest enim dominus rei suæ legem temporalem imponere. Revocantur itaq; hæc feuda post annum, quia dominus hoc voluit, & revocantur pretio non refuso, quia & hoc voluit, neq; vasalli aliquam hujus rei iniquitatem prætendere possunt, cum scientes prudentesq; istiusmodi generis feuda suscipiant, scienti verò & consentienti non fit fraus. c. scienti. de R. J. in 6.

LXXIX.

Feudum item Advocatiæ, quod pro advocatiâ alicui datur. *Advocatiæ.*

Zas. p. 12. n. 10. Jacobut. de Franchis in prælud. feud. c 2. n. 213. & seqq.

LXXX.

Et accipitur dupliciter, vel pro feudo, quod Dux, Comes, Episcopus, vel alius Dominus Advocato litis pro patrocinio vel consilio dat.

Rosenth. c. 2. concl. 72. n. 1. Schrad. d. cap. 4. n. 23. Obrecht. disp. feud. 2. th. 328. & seqq.

LXXXI.

Vel pro eo, quod inferiores potentioribus ceu protectoribus & defensoribus suis pro tutelâ & protectione dare solent.

Gail. 2. obs. 54. n. 2. Modestin. Pistor. cons. 43. n. 29. & Simon Pistor. cons. 19. n. 19. Cujac. in c. 1. § si verò Gastaldi. De feud. Guard. 1. F. 2.

LXXXII.

Et ità hodiè in multis Germaniæ locis Nobilibus & principibus monasteriorum ecclesiarum & civitatum protectio & defensio committitur, undè Domini tutelares & Advocati, nobis Vogts Junckern/Vogtsherren / Schutz vnd Schirmesherren appellantur.

Joan. Ferrar. Mont. 1. F. 6 §. nono est. Vult. d.c. 8. n 17. §. innominatum est feudum. Schrad. d. p. 2. c. 4. n. 23.

LXXXIII.

Hoc tamen Jus advocatiæ nullam protectori tribuit jurisdictionem, sed recepti in protectionem sub ordinariâ jurisdictione manent, verùm annuatim certi quid pendunt, Schutz oder Vorspruchgelt.

Gail.

Gail.d. obs.54.n.3 & seq. VVesenb.cons.48.n.30.Simon. Pistor. d.cons. 19. n. 18.

LXXXIV.

Cancellariatus. Feudum cancellariatus, quod princeps vel alius Cancellario, pro labore, operâ & consilio concedit.

c.1 ibi, & pro mercede, ubi Alvar. n. 11. Præpos. n. 9. Iacob. de Belvis. De feud. Guard. Borch. c.4.n 31.

LXXXV.

Habitationis. Feudum habitationis, quandò alicui domus vel castri habitatio in feudum est concessa.

c.1.de feud.habitat.2.F.105. c. 1.de condit. feud.non implet. 2.F.75.Intrigl q. feud.38.n.58.

LXXXVI.

Quod finitur non domini sed accipientis morte, nec ad heredes transit.

d.c 1 de feud.habitat.l.si habitatio.10.§.utrum autem.3.ff.de usu & habit. Zas. p.12.n.30.Sonsb.p.5.n.ult. Obrecht.disp.2.th.354. Curt. d.p.1.q.8.n.33.Intrigl. d.q.38.n.59.Hannet.4.F.ult.vers.cæterum feuda habitationum.

LXXXVII.

F. De Camerâ. Feudum itidem de Camerâ, cum ex arca sivè ærario domini certa pecuniæ summa alicui solvitur, Germanicè Kammerlehen oder Mangelt.

Camera verò significat fiscum & ærarium sivè thesaurum principis. Borch.d.c.4 n.29.Schneid.p.1.n.61.Andr.Knich.de pact vest.c.3. n.255. Vult. d.c.8.n.13.Zas.p.4,n.8.

LXXXIIX.

De Cabenâ. Feudum Cavenæ sivè de Cavenâ, quandò princeps aliquot modios frumenti, aut amphoras vini, aliamvè annonam ex cavenâ seu cellario feudalis beneficii gratiâ annuatim concedit.

Cavena autem dicitur locus, in quo frumentum, vinum, oleum, & his similia reservantur Schneid.d.p.1.n.62.Borch.d.c.4.n.29 Caccialup. obser. feud. 2.n.1.& 2.Schrad.c.3.n.28. Sonsb.p.3.n.26. Nec obst. *quod hæc feuda de Camerâ & Cavenâ dicantur recta feuda, in c.1. §.si verò. Quid sit invest.2. F. 2.* Resp.enim *Borch.d. c.29.& Zas.p.ult.n.31.*

LXXXIX.

Et hæc feuda sunt ejus naturæ, ut ità demùm debeantur si præstari possint, id est, deducto omni ære alieno: proindè si horreum sivè ærarium absq; domini culpâ sit exhaustum, tempus felicioris proventus exspectandum erit.

c.1 in.

o.1.in pr. de not. feud.2.F.58.ubi Dd. Rosenth.c.2.concl.76.Schrad.p.2.c.3.n. 85.& seqq. æquum enim est ut ad egestatem vasallus non redigat eum, à quo beneficio se novit affectum. Schenck.in d.c.1.in pr. de not. feud. Rittershus. lib.2.part.feudal.c.6.n.9.Intrigl.q.38.n.16.& seqq.VVurmbs.obs.2.n.2.

XC.

Camerâ verò aut cavenâ rursus abundante, non solum futuræ sed & cessæ pensiones ac proventus præteritorum annorum præstabuntur.

l.17.§.fin.ff.de annu.legat.l.13.ff.de tritic vin vel ole.legat.l.ex conducto.15.§.si uno.4.ff.Locat.l.8.C.eod.d.c.1.ibi, exspectandum est donec iterum. De not.feud. undè colligitur jus vasalli non esse extinctum, sed pendere saltem. Rosenth. d.concl.76.Schrad d.p.2.c.3.n.85.& seqq.

XCI.

Eeudum Soldatæ, quandò alicui sub titulo feudali fit provisio de annuâ præstatione. *Soldata.*

Dicitur autem feudum Soldatæ, quià plerumq; in solidorum datione consistit, quandoq; etiam in frumento & vino. c.1.in fi. Quis dic. Dux march. com.2.F.10.Schneid.d.p.1.n.52. vel â Germanico Sold/id est stipendio militari. *Differt autem Soldata â feudis, quæ percipiuntur de Camerâ vel Cavenâ, quià hæc propter aliquod servitium domino factum conceduntur: Soldata verò gratis, & datur præcipuè senibus benè meritis, aut nobilibus ad paupertatis terminos redactis, quod multoties fit in curiis principum. Alvar.in d.c.1.vers.Soldata. Quis dicatur Dux march.com. Et hoc feudum degenerat â naturâ recti feudi, quià nec ad dantis nec ad recipientis heredes transit, sed morte alterutrius extinguitur. d.vers.Soldata. Hujus generis feudi putant nonnulli esse, quod pontifex Romanus Duci Spoletano, Marchioni Anconitano, Comitibus Romandiolæ & Campaniæ conferre solet, ut qui Pontificis vicarii seu administratores in illis terris habentur, & annuam præstationem ex commoditatibus & obventionibus, quo ad vixerint tantum, accipiunt. Ferrar.lib.1.c.6.*

XCII.

Feudo degeneranti subjicimus etiam feudum hereditarium, cui Non Hereditarium, quod vulgò ex pacto & providentiâ, alii familiare seu de familiâ appellant, opponitur. *Hereditarium.*

Rosenth.d.c.2.concl.33.& seqq.Vult.d.c.8.n.24.& seq.

XCIII.

Feudum Hereditarium rectius, rejectâ vulgatâ definitione (a), definiri arbitramur illud, in quo fit successio jure hereditario,

26 non ex juris feudalis dispositione, sed jure communi scripto, ob providentiam & pactum hominis, ein Erblehen(b).

a) *Vulgò enim dicunt si fiat mentio* Heredis *in investiturâ, esse feudum hereditarium, si verò tantum nomen filiorum exprimatur, esse feudum ex pacto & providentiâ. Sed hæc quidem vera sunt de Jure civili. per l. cum patronus. 22. §. cum libertus. 1 juncto §. si liberi. l. ut jurisjurandi. 7. ff. de oper. libert. ubi manifesta constituuntur differentia, utrum operæ promissæ sint patrono & liberis, an verò heredibus. Sed nequaquàm de jure feudali, quo promiscuè & pro synonymis usurpantur* Heres & Filius, *ea affirmari possunt. c. 1. vers. etsi clientulus. De alie. feud. 1. F. 13. c. 1. §. fin. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. Liquet quoq; hoc ex eo, quod hoc jure regulariter ascendentes, fœminæ, cognati, adoptivi, naturales â successione repellantur, undè manifestum evadit, jus feudale magis sanguinis & familiæ quàm hereditatis rationem habere.* Regerunt contrarium sentientes, *quod vox* heres *â jure feudali expressa filium quidem significet. d. vers. etsi clientulus. sed si ab homine exprimatur, id est in pactis & investituris reperiatur, quod tunc in propriâ suâ naturâ accipienda sit, ut opereur aliquid. Rosenth. c. 2. concl. 33. n. 7. & 8. pro heredibus autem quicquid est acquisitum, est hereditarium l. 5. ff. de relig. & sumpt. funer. quicquid verò est hereditarium, id tale est in sui natura, nec à reliquis rebus hereditariis separari, nec ad aliquem pertinere, qui non sit heres, nec aliter quàm jure hereditario capi potest. l. hæres in omne. ff. de acquir. hered. l. hereditas. ff. de reg. Jur.* Sed hæc vulgata distinctio non est admittenda, *cum verba contrahentium accipienda sint secundum subjectam materiam & naturam rei, de quâ fiunt, & multi sint textus juris feudalis, in quibus vocabulum* heres *in ipsis verbis investituræ usurpatum reperitur, ut in. tit. De eo qui sibi & hered. suis. 2. F. 17. & in c. 1. de benefic. frat. 1. F. 20. c. 1. De eo qui sin fec. 2. F. 49. & c. 1. §. si. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. qui tamen loquuntur de feudo ex pacto & providentiâ.* b) *c. 1. in fi. de feud. non habent. propr. nat. feud. 2. F. 48. Vult. c. 8. n. 30. Janus ab Arce dura in conclus. feudalib. concl. 1. c. 3 n. 4. Hoc feudum ita constituitur, si concedatur* zu rechtem Erblehen/für Erben vnd Erbnehmen, *vel pro se & heredibus quibuscunq;, vel pro feudalibus successoribus, iisq; deficientibus, pro heredibus.*

XCIV.

Non Hereditarium. Non Hereditarium sive ex pacto & providentiâ est, in quo jure

jure sanguinis ex providentiâ legis feudalis succeditur, ein 27
Samlehen.

Jus enim feudale in successione duntaxat ad sanguinem respicit, & considerat an succedere volens sit de sanguine primi acquirentis, non sinè defuncti heres vel non. c.1. in fi. si vasal. feud. prib. 2. F. 31. c. 1. de nat. succes. feud. 2. F. 50. Vult. d. c. 8. n. 25. & seq. Constituitur sequentibus formis, *Concedo tibi & tuis descendentibus, tibi & filiis tuis, tibi & familiæ & posteris tuis, tibi & proli tuæ, tibi & omni tuæ generationi. Similiter sequentibus in Germaniâ usitatissimis formulis constitui solet,* für sich vnd seine manliche leibs Lehenerben. *Item* seinen rechten Leibslehenserben *Item* seinen ehlichen gebornen manlichen leibs erben. *Item* desselben rechten Manstammes Schildt vnd Helmes Lehenserben. *Item* allen iren Manlichen Leibslehens erben/des Namens/Helms/schildts vnd geschlechts. *Gail. 2 obs. 154. n. 18. VVesenb. c 6. n. 9. Schnad. p. 2 c. 3. n. 27.*

XCV.

Mixtum appellant, quod aliquid habet de feudo hereditario, & aliquid de feudo ex pacto & providentiâ. *Mixtum.*

Andr. Knich. de pact. vest. p. 1. c. 5. n. 84. & seqq. Vult. d. c. 8. n. 31.

XCVI.

Magnus verò Dd. est conflictus, an feudum in dubio præsumatur ex pacto & providentiâ an verò Hereditarium? Prius Aff.

I. *Quòd Hereditarium esse & esse ex pacto & providentiâ sunt duæ feudi qualitates, quarum hæc feudo competit ex naturâ ipsi à jure feudali attributâ, illa non nisi ex pacto.* II. *Quòd pacta sunt facti, quæ autem facti sunt, non præsumuntur, atq; qualitas hereditaria, cum non nisi ex pacto feudo insit, extrinsecus feudo accedit, qualitas autem extrinseca non præsumitur, l. si ità. §. Chrysogonus in fi. de V. O. Sed in extrinseca.* III. *Quòd in dubio magis favetur sanguini. l. 1. §. largius. 12. ff. de succes. Edict. quàm causæ extraneæ, cujus potior esset ratio, si feudum esset hereditarium, & in eo esset successio, ut in re allodiali, extraneus enim heres institutus præferretur agnato à vasallo præterito.* I. Obst. *Quod quilibet in dubio censeatur prospexisse sibi & heredibus suis. l. si pactum. 9. ff. de Donat. c. 1. De duob. fratrib. à capit. in vest. 2. F. 18. In hoc ergo dubio casu præsumitur vasallus non tantum sibi, sed etiam heredibus suis in investiturâ prospexisse, atq; ità exit hereditarium feudum, non autem ex pacto & providentiâ.* Resp. *Vult. d. c. 8. n. 33. & Joh. Ruding. lib. 1. var. lect. Jur. feud. c. 28. in fi.* II. Obst. *Quicquid venit in petitionem hereditatis meritò hereditarium dicitur.*

Sed feudum venit in petitionem hereditatis. Matth.de Afflict. in prælud. feud.n.99. E.Resp.Vult d.n.33.

XCVII.

Reale seu Perpetuum. Feudum deniquè aliud dicitur reale sivè perpetuum,aliud personale,aliud personalissimum. Reale seu perpetuum est quod transit ad heredes,quandò nimirùm unusquisq; sibi suisq; heredibus prospexit.

d.c.1.de duob.fratrib.à capit.investit.2.F.18.

XCVIII.

Personale. Personale est, quandò ad vitam alicujus feudum conceditur.

c.1.Quib.mod feud.constit.1.F.25.& c.1.de consuet.rect.feud. 2.F.33.

XCIX.

Personalissimum. Personalissimum est illud, quod Soldata appellatur, & istud ex neutrâ parte transit ad heredem.

d. c.1.vers. Soldata. Quis dicat.Dux march. com. 2.F.10. Alvar. in prælud.feud. n.29.Rosenth.d.c.2.concl. 67.

C.

Et hæ sunt præcipuæ feudorum divisiones, quamvis præter eas interpp. & alias recensеant, ut quod feudum aliud sit Divisibile,aliud Indivisibile, Alienabile,Singulare, Universale. Item quod aliud dicatur esse in curte, districtu vel jurisdictione domini,aliud extra curtẽ(a). Ità appellant aliud,in quo vivitur jure Francorum(b), aliud in quo vivitur jure Longobardorum(c).

a) Feudum in curte domini *dicitur, cum dominus ibi solum habet curiam jurisdictionalem respectu feudi illius, etiamsi nullas alias possessiones ibi retineat. Aliis dicitur feudum in curte domini, quandò dominus habet dominium vel possessionem totius villæ vel territorii alicujus, ità quod omnes rustici & coloni dictæ villæ recollectos fructus villæ necesse habent deferre ad domum dominicalem,id est,ipsius domini existentem in dictâ villâ, quæ domus curia dicitur.Sonsb.p.3.n.27.si itaq; dominus concederet partem illius villæ alicui in feudum, diceretur ille vasallus ex curte domini esse.* Feudum extra curtem *verò dicitur, quandò dominus non habet totius villæ dominiũ, sed possessiones pro majore parte sunt rusticorũ vel aliorũ,& dominus solum possidet ibi modicũ, puta duas vel tres possessiones, ità quod ibi propter eà curiam vel domũ non habeat, tunc si dictas possessiones, quas ibi habet, daret alicui in feudum, jam diceretur vasallum habere extra curtem suam,& feudum esse extra curtem seu curiam domini.*

(b) *Andr. de Isern. in c. imperialem. n. 35. De prohib. feud. alie. per Frider.*

(c) *Rosenth. c 5. concl. 8.*

DISPU-

Disputatio II.

DE HIS QUI FEUDUM dare & accipere possint.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO SLAPHIO WESTPH.

CONTINVATIO.

EXpositâ jam Feudi naturâ & jure partim definiendo, partim dividendo, ordinis ratio postulat, ut videamus personas quæ dare, quæ itidem accipere feudum possunt.

Thesis I.

Personæ feudum dantes & accipientes.

Personæ feudum concedentes in jure F. dicuntur Domini (a), Seniores (b), Patroni, Præpositi. Accipientes verò F. appellantur Fideles (c), Vasalli (d), Milites (e), Clientuli (f), Milites vasalli (g), Valvasores, Valvasini, Vassi, Beneficiarii, Infeudati, Feudatarii, Exercitati, Homologi, Leudes (h).

a) c. 1. §. 1. De his qui F. dar. poss. c. 1. Quid præced. debeat. 2. F. 4. & passim. **Domini, non quod dominium & proprietatem in** F. **retineant, sed ad exemplum veterum, qui nomine Domini solebant aliquem honoris causa nominare & salutare.** *l. quidam 26. ff. de constit. pecun. l. ea quæ. 57. ff. de Donat. int. vir. & uxor. b) c. 1. Apud quem vel quos controv. 1 F. 18. c. 1. Quib mod feud. amit. 1. F. 17. c. 1. in pr vers. per multas. De prohib. Feud. alie. per Lothar. 2. F. 52.* **eadem formâ quâ senatores & presbyteros dicimus, dignitatis potius & morum, quàm ætatis habitâ ratione. Quamvis etiam non improbabile videatur, quod illa vox** Senior **in doctrinâ feudali sit ex vocabulo Longobardico** Signor **vel** Segnor **commutato in formam vocis Latinæ.** *Vult. 1. F. 3. in fi. c) c. 2. de controv. int. dom. & agnat. 1. F. 10. d) c. 1. si de feud. defunct. cont. sit. inter dom. & agnat. Vasal. 2 F. 26. c. 1 de vasal. decrep. ætat. 2. F. 14.* **ità dicti à** vade seu vadimonio **in obligatione, ex eo**

quod ad plura domino teneantur. c. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7. vel à Germanico Geſell, quo ſignificatur comes, vel à Gallico Vaſallario, quod ſtudium & propoſitum demerendi ſignificat. V. Veſenb. de feud. c. 1. in pr. vel à Vacelleto ſeu Vasleto, quod miniſtrum ſonat. Petr. Heig. q. 2. n. 78. dicit ſibi admodum veriſimile videri, Vaſſi nomen à Germanico Waſſen, quod ligare, obſtringere, obligare, vincire, complecti ſignificat. Manſit etiam indè hodiè appellatio der veſten vnd lieben getrewen. Et multi conjiciunt, quos Turcæ Baſſas appellant, eodem ex fonte nomen ſumpſiſſe. e) c. 1. Quo temp. mil. in beſt. 1. F. 22. f) c. 1. de cont. int. dom. & fidel. 1. F. 10. g) c. 1. de milit. Vaſal. qui contumax eſt. 2. F. 22. b) Hotom. c. 3. diſp. feud. Cipha. in tract. feud. c. 2. n. 350.

II.

Dantes ſunt vel

Poſſunt autem hodiè (a) omnes cujuscunque ſint conditionis, gradus, ſexus & ætatis homines res ſuas alteri in Feudum concedere, dummodò legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeant, atq; ità nominatim illis F. dare non ſit interdictum (b).

a) Olim enim non erat licitum omnibus indiſtinctè infeudare, ſed his tantum, quibus vel dignitas, nobilitas, vel antiqua conſuetudo hoc tribuebat. c. 1. in pr. cum ibi not. Qui feud. dar. poſſ. 1. F. 1. b) Schrad. de F. par. 3. n. 2. & 3. Henric. à Roſenth. c. 3. concl. 2. n. 1.

III.

Eccleſiaſtica, vel

Papa itaquè (ut ab ordine Eccleſiaſtico tanquam digniore incipiamus) ſivè Pontifex Romanus in aliquem conferre poteſt feudum, quale eſt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatia.

Nam Pontifex Monarcha & caput eſſe fingitur omnium Eccleſiarum. c. cuncta per mundum. & c. ſeq. c. cuncta per principem. c. patet c. nemo. 9. q. 3. & plenaria ipſi in Eccleſiaſticis diſpoſitio permiſſa eſt, c. 2. ibi, plenaria diſpoſitio. de præbend. in 6. c. 1. in fi. ut lite pend. nihil innov. Imò Pontificem Romanum jus conferendi regalem in Eccleſiæ terris quotidiè uſurpare ſcribit Bald. quod & Alvar. probat in c. 1. de feud. March. vel Ducat. Cujus exemplum eſt Siciliæ regnum, Ducatus Spoletanus, Marchia Anconitana, & bona ditionum atq; Eparchiarum Italiæ pars, quæ omnia ut Eccleſiæ Romanæ beneficia, interim quoq; ſuccreſcentibus novis, regali jure conferuntur. Ferrar. Mont. lib. 2. F. c. 1. verſ. imò pontifex.

IV.

Hîc ardua moveri poteſt quæſtio: Utrum Imperator Romanum

num Imperium tanquam feudum recognoscat â Papâ? Quod simpliciter contra Canonistas negamus.

I. *arg. c. venerabilem, Ext. de Elect. & c. 2 in fi. De sent. & re Judic.* ex quibus constat, septem viris, qui principes Electores indigetantur, jus esse Imperatorem creandi, id quod aurea bulla Caroli IV. abundè testatur: ridiculum igitur est affirmare Imperatorem â Pontifice Romano Imperium feudi nomine tenere. II. Quià ipsi pontifices se subjiciunt legibus Imperialibus, quoties quæstio de rebus temporalibus agitatur. *c cum ad verum. 6. vers. & pontifices. dist. 96.* III. Quià Imp. Lotharius *in c. 1. §. 1. constitut. feudal. dom. Lothar. 1. F. 19.* mandat Eugenio Papæ & universo populo, ut observent suas leges. IV. Quià Justinianus & retrò ac deinceps principes Christiani se â solo Deo imperium consecutos fatentur *l. 1. C. de vet. Jur. enucl. Nov. 28. c. 4 in fi. Nov. Leon. 109.* Et extat elegans dictum *Tertullian. in lib. ad Scapulam.* Imperatorem, inquit, colimus ut hominem â Deo secundum, & quicquid â Deo est consecutum, & solo Deo minorem. Sic enim omnibus major est, dum solo vero Deo minor est. Quam Tertulliani sententiam meritò opponimus nugis illis bullatis quorundam, qui Imperatorem â Papâ tanto intervallo superari gloriantur, quanto Sol Lunam claritate vincit. *Rittersh. c. 5. n. 15.* I. Obst. Quod Impp. semper inauguratione vel coronam accipiant à Pontifice, E. meritò ipsius vasalli erunt, præsertim cum sedi Apostolicæ semper fidelitatem jurare cogantur. *c. Ego Ludovicus. dist. 63. c. un. de Jurej. in Clem.* Resp. *Bodin. lib. 1. de repub. c. 10.* II. Resp. *Bocer. in disput. Synop. Jur. feud. th. 10.* II. Obst. *c. ult. Johan.* ubi Christus dicit Petro, Pasce oves meas. E. etiam pontifici politica imperia constituendi potestas data est. Sed ille locus non designat externum & politicum imperium, sed tantum Evangelii ministerium. *Matth. 20. vers. 25. & 26.* reges gentium dominabuntur, vos autem non sic. III. Obst. *dictum Luc. 22. vers. 38.* ubi dicitur ab Apostolo, Ecce duo gladii, Christus autem dicit, satis est. At nec ex hoc sequitur, Petrum armatum esse imperio, nam & ipse filius Dei eum præliari prohibet. Et cum Christus inquit satis est, querelam significat de duplici genere hostium, & perindè est ac si dicat, satis est & Pontificum & Pilati gladios adversus vos stringi. IV. Obstare videntur. *c venerabilem. Ext. de Elect. c. 2. De sent. & re judic. & c. un. Ne sede vacante.* Resp. *Bocer. d. loco.*

V.

Quid ergo an pontifex sit vasallus Imperii Romani ratione

comitatus Concordiæ, Rhegii, Mutinæ, aliarumquè dominationum, quas Mechtildis comitissa ut Vasalla ab Imperio Romano in F. tenuit, & postmodum pontifici Romano donavit? Aff.

Quià vasalli & principes ad regna venientes juramento se obstringunt de non alienandis bonis dominii principatus, & proindè contractus & alienationes in contrarium factæ redhibitioni & nullitati subjacent. II. *Quià bona, quæ committuntur principi à repub. subjecta sunt restitutioni, proindè alienari non possunt in præjudicium successorum.* III. *Quià nemo potest plus juris in alium transferre quàm ipse habet. At comitissa fuit vasalla.* E. IV. *per c. 1 vers. præterea. De capit. Conrad. 2. F. 40. ubi dicitur, quod nullâ præscriptione obstante possit dominus feudi alienationes revocare.* E. *& hanc.* I. Obst. *l. sicut. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. ubi omnis actio 30. vel 40. annis exspirat.* E. *etiam pontifices Romani harum dominationum jura sibi plenè quæsiverunt, cum non tantum per 30. annos, sed longiori tempore justo titulo, donatione scilicet, possederint.* Resp. *Tholosan. lib. 3. de Repub. c. 8 & Rittersh. 1. F. 18. n. 15.* II. Obst. *c. 1. §. & quis per 30. si de feud. defuncti. cont. 2. F. 26.* Resp. *Sonsbec. par. 12. n. 164.*

VI.

Sic & eæ personæ, quæ rerum Ecclesiæ administrationem habent, ut sunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Præpositus res Ecclesiæ infeudari solitas & ad Ecclesiam reversas aliis infeudare possunt.

c. 1. in pr. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. & c. 1. Episcop. vel Abbat. 1. F. 8. etiam sine consensu pontificis vel capituli. c. 2. Ext. de feud. Quod verò dicimus eos infeudare posse res solitas infeudari, intelligi volumus modò non recedatur à consuetudine illius feudi. E. *g. Si feudum consuevit dari masculis, Episcopus non poterit id dare fœminis, quamvis enim permittitur Episcopo feudum dare, tamen consuetudo F. servari debet Duar. de F. c. 6. n. 3.*

VII.

Res verò Ecclesiæ infeudari non solitas infeudare non possunt.

text. & ibi not. in d. c. 1. Episcop. vel Abbat. Schneid. de F. par. 3. n. 44.

VIII.

Undè prælatus, qui Ecclesiæ sibi subjectæ rem in F. de novo concedit, potest ipse vel alius, cujus interest, hujusmodi concessionem retractare, atq; rem concessam recuperare.

Hannet. 1. F. 4.

Reliqui

Reliqui quoq; Clerici, qui Episcopo inferiores sunt, infeudare possunt bona sua propria & patrimonialia cuicunq; voluerint etiam de novo.

text. & glos. in c. 1. in pr. De cleric. qui inveſt. 2. F. 35. Schneid. d. par. 3. n. 3.

X.

An ergò Episcopus rem in feudum dari solitam & ad se devolutam consanguineis suis in F. dare possit? Aff.

Modò consanguinei sint bonæ conditionis & famæ, & non sint onerosi Ecclesiæ: deindè ut recipiant rem sub primis pactionibus & qualitatibus. Et probo I. *Quod ubi eadem est ratio, ibi quoq; idem est jus.* At *si persona conjuncta æquè idonea est & capax feudi, & eadem servitia præstiterit atq; extraneus, est eadem ratio. E. idem quoq; jus hic esse debet.* II. *Quia secundum naturam est quàm maximè, ut unusquisq; proprium sanguinem extraneæ personæ anteponat. l. cum acutissimi. 30. in fi. C. de Fideicommiss.* III. *per c. relatum. 12. ibi, sivè consanguinei sint sivè alii. Ext. de Testam. ubi permittitur clerico de rebus mobilibus Ecclesiasticis testari & legare his, qui clerico viventi inservierunt, sivè sint consanguinei sivè alii.* IV. *A simili. Quia Salvator noster consanguineos suos viros honestos Apostolos elegit.* I. Obst. *Quod ex sanguinis conjunctione oriatur sinistra suspicio. c. postremo. Ext. de appellat. Et gl. in c. pervenit. 1. q. 3. dicit*, Episcopos esse cæcos circa nepotes & consanguineos suos quærentes ipsos divites reddere ex reditibus Ecclesiæ. Resp. *Curt. de F. par. 2. q. 7.* II. Obst. *Quod si prælato concessum erit res has consanguineis infeudare, sequitur quod sit in potestate prælatorum deludere dispositionem. Auth. Quibuscunq; modis. C de SS. Eccles. quia prælati volentes infeudare consanguineis suis, prius infeudabunt Extraneo cum solemnitatibus debitis, & postea causam agent, ut res ad Ecclesiam redeat, demumq; infeudabunt consanguineis suis.* Resp. *Curt. d. loco.* III. Obst. *fundamentum glos. quod est in d. auth. quibuscunq; modis.* Resp. *Fach. 7. contr. 31. & Ias. super usib. Feud. tit. Qui F. dar poss.*

XI.

Satis de personis Ecclesiasticis, quæ Feuda concedere possunt. Seculares sivè Laici sequuntur, qui majori libertate infeudant.

XII.

Inter Laicos autem meritò principe loco numeramus Imperatorem (a). Hic non tantum majora seu regalia, sed etiam mi- *Laicæ.*

nora feuda dare poteſt; ſivè poteſt non ſolum cum dignitate aliquem infeudare, ſed etiam ſine dignitate, cui enim quod plus eſt licet, non debet, quod minus eſt, non licere (b).

a) *Qui dominus mundi dicitur. l. 9. ff. de Leg. Rhod. de jact. ratione ſc. adminiſtrationis, protectionis, jurisdictionis, non proprietatis. Appellatur etiam princeps. tot. tit. ff. & C. de conſtit. princ. & in libris* F. *rex quoq; nominatur. c. 1. §. his non cogentibus. Si de inveſt. int. dom. & vaſal. lis oria. 1. F. 26. Hodiè electio Imperatoris pertinet ad certos principes Germaniæ, qui Electores dicuntur. Solent autem Imperatori tres coronæ imponi, quarum prima eſt ferrea, quam recipit ab* Archiepiſcopo Colonienſi Aquisgrani: *ferrum verò fortitudinem ſignificat, quâ rebelles vincere debet & infideles conculcare. Secunda eſt argentea, quam recipit ab* Archiepiſcopo Mediolanenſi: *argentum verò mundiciem & claritatem deſignat. Tertia eſt de puro auro, quâ coronatur per* Papam. *Et ſicut aurum eſt excellentiſſimum metallum, ità Imperator potentiâ, juſticiâ & cæteris virtutibus alios reges, & principes antecellere debet. Schneid. p. 3. n. 61.* b) *c. 1. Quis dic. dux March. com. 2. F. 10. c. 1. de Lege Conrad. 2. F. 34. Rittershuſ. lib. 1. part. feudal. c. 5 n. 15. in fi.*

XIII.

Imperatorem ordine ſequuntur Cæſar (a), Electores (b), Archiduces (c).

(a *Qui eſt deſignatus princeps ſivè Imperator, quiq; Imperium quidem adminiſtrat, ſed ad Auguſti ſivè Imperatoris nutum, quem regem Romanum hodiè nominant. Sic* Ferdinandus *vivente* Carolo V. Maximilianus Ferdinando *vivente.* Cæſar erat. *Quinimò & alios reges, puta Hiſpaniæ, Galliæ, Poloniæ, Daniæ, Sueciæ, Feuda dare poſſe non ambigitur, quod enim Imperator in Imperio, hoc ipſum quilibet rex poteſt in ſuo regno. Zas. de feud. par. 6. n. 4.* b) *Quorum tres ſunt Clerici & ſunt cancellarii Imperii,* Archiepiſcopus Moguntinenſis, *qui eſt cancellarius Germaniæ,* Colonienſis *Italiæ,* Trevirenſis *Galliæ: Et quatuor ſeculares,* Rex Bohemiæ, (*qui olim erat Dux, nam Vladislaus Bohemorum Dux ex duce ab Imperatore Friderico Barbaroſſa Rex creatus eſt Ratisbonæ Anno 1157.*) *& eſt pincerna regni,* des heiligen Reichs Ertzſchenck. Comes Rheni, *qui eſt dapifer,* des Reichs Ertztruchſaß. Dux Saxoniæ, *portitor enſis* des Reichs Ertzmarſchalck. Marchio Brandeburgicus, *Camerarius,* des Reichs Ertzkammerer.

Qui

c) *Qui titulus in familiâ Austriacâ primùm cepisse creditur. Rittersh. d. c. 5 n. 15.* Et *consuetudine introductum fuit in Alemaniâ, ut cum omnes filii appellarentur Duces, eorum tamen primogenitus frater vocaretur Archidux. Reperitur etiam in Italiâ* magnus Dux Hetruriæ seu Florentiæ. *Moz. De his qui feud. dar. poss. n 13. vers. reperitur.*

XIV.

Hos sequuntur, qui absolutè principes sivè duces Imperii dicuntur (a), Marchiones (b), Comites (c), Barones (d).

a) *Ità dicti â ducendo exercitu, quos ab Romani imperii principibus territoriis donatos esse verisimile est, ut tamẽ ab eis recognoscant. Zas. de F. par. 5 n. 6. Vel quod ipsi alios ducant ad virtutem, undè ipsi debent esse fortes, vigilantes, prudentes, sapientes, honesti, fideles, religiosi. Moz. c. De his qui feud. dar. poss. n. 16. german.* die Hertzogen oder Fürsten, *quamvis plerique distinguant* Hertzogen *ab iis qui vocantur* Fürsten / *quasi* Fürsteher / *Borch. d. F. c. 5. n. 25. majorem illis quàm his tribuentes dignitatem. Rittersh. c. 5. q. 5. b) Qui investiti sunt de Marchiâ. c 1. Quis dic. dux March. 2. F. 10. Nomen est à Germanico* March, *quod limitem significat, hinc* Feldmarch *apud Crantzium in Vandal. lib. 3. c. 16. Marchiones itaq;, qui aliàs* Liminarchæ *quasi duces limitum nominantur, Sonsbec. de F. par. 6. n. 9. sunt præfecti sivè judices limitum, quod evidentius* Marchgravii *nomen ostendit,* Gravio *quippè sivè* Graphio *idem est quod judex. Indè* Marchgravii *limitum judices sivè præfecti,* Landgravii *provinciæ præfecti sivè judices,* Pfaltzgravii *palatii præfecti sivè judices,* Rheingravii, *Rheni præfecti sivè judices,* Burggravii *arcis præsidiive præfecti. Borch. c. 5. de F. n. 32. & seq.* Hi *omnès olim fuêre temporarii, hodiè sunt perpetui., quales multos ordinasse* Carolum IV. *historiæ testantur. Hattys. in analys. sua Feud. n. 12. c) Qui de Comitatu investiti sunt. d. c. 1. Quis dic. dux March. com. quos à Germanico* Grave *haud improbabiliter deducit. Heig q. 2. n. 45. & seq. Quidam à* canicie Graw / *aly à* gravirate, *alii aliter. Illi verò Comites, qui nõ sunt investiti de Comitâtu, (comitatus auitẽ dicitur territorium plurium villarum velcastrorum) non dicuntur propriè comites, sed abusivè, ut sunt* comites palatini, *qui habent potestatem legitimandi naturales & spurios, dandi tutores, creandi tabellionet, & alia faciendi, prout in eorum privilegiis fuit concessum. Moz. De his qui feud. dar. poss. n. 13. vers. modò videamus. d) Quorum in libris feudalibus nulla fit mentio, vulgò creduntur, qui infra Comitem reliquis*

liquò nobilibus dignitate, opibus & potentiâ antecellunt Freyherrn / Edle Herrn vnd die Edle/*dicti* ἀπὸ τῆς βαρύτητος, *id est, à gravitate. Eguin. Baro lib. 1. Feud. c. 3. vel á mole & vastitate corporis,* βάρος *enim pondus significat, & Barones gravitate & corporis staturâ cæteros superare debent. Borch. d. c. 5. n. 39. Hi tamen melius referri videntur ad majores Valvasores, qui conspicuam quandam nobilitatem habent, quorum numero sunt domini terrarũ in Austriâ, qui & dominia & ampla habent territoria, ut familia de* Rechberg/Hattstadt Pfirt/Bodmen/*qui ipsi sub se habent vasallos nobiles. Zas. par. 5. n. 26.*

XV.

Et hos omnes feuda dare posse nullum dubium est.

d. c. 1. De his qui feud. dar. poss. & c. 1. de Feudo March. 1. F. 14.

XVI.

Minores etiàm valvasores, ut reliqui nobiles, quemadmodum & minimi Valvasores vel Valvasini, ut sunt plebei, rectè feudum concedunt.

c. 1. in fi. de nat. feud. 1. F. 7. c. 1. an marit-succed. uxo. 1. F. 15. c. 1. de feud. dat. minim. Valvas. 1. F. 16.

XVII.

Quinimo non tantum masculi, sed fœminæ (a) novi etiam feudi investituram facere possunt (b).

(a Quamvis hoc rarò fiat, quià genus mulierum est avarissimum, ut est in gl. in l. si a sponso. S. quodsi spõsa. C. de donat. ant nupt. b) c. 1. §. fœminã. Per quos fiat inbest. 2. F. 3. Sensb. d. p. 6. n. 17. Habet verò hoc casu fœmina ordinariam Jurisdictionem concessam â lege vel consuetudine feudali, quæ potest hanc jurisdictionem concedere. c. dilecti. Ext. de arbitr. Schneid. de feud par. 3. n. 72.

XIIX.

Undè multò fortius veterem investituram renovare poterunt, quià si permittitur eis quod est majus, tacitè conceditur eis quod est minus.

Auth multò magis. C. de SS. Eccles. Vide Rittershus. d. c. 5. n. 22.

XIX.

An rusticus quoque feudum dare possit hîc quæritur? Quod affirmandum ducimus.

1. *Quià omnes cujuscunq; sexus, gradus, conditionis & ætatis homines liberam rerum suarum administrationem habentes feudum dare possunt, nisi nominatim prohibeantur. Sed rusticus liberam rerum suarum habet*

admini-

administrationem, nec nominatim excipitur. c. 1. §. nobi. per quos fiat invest. 2. F. 3. E. II. Quià iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam facultatem disponendi de rebus suis ad arbitrium. l. 2. ff. si quis à parent. fuer. manumiss. & gravis injuria est, quæ inani honestatis colore velatur, non relinquere unicuiq; liberam facultatem disponendi de rebus suis. l. dudum. C. de contrah. empt. III. Quià rusticus potest res suas ità alienare, ut simul cum usufructu proprietatem alienet. l. in re mandatâ. C. Mandat. l. nemo exterus. 9 C. Judæis & Cælic. E. Multò magis poterit ità alienare, ut proprietatem translato usufructu retineat, quià duplicitas vinculorum simplicitatem unius admittit. IV. Quià feudum concedere nihil aliud est quàm vasallum beneficio afficere. c. 1. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23 Rusticus autem quin donare & alienare poßit & beneficia in alium conferre nulla impedit ratio. E. V. Quià omnis Vasallus de feudo suo poterit alium subinfeudare. c. 1. §. fin. De prohib. feud. alie. per Frider 2. F. 55. Cur ergò non posset potius de re suâ propriâ & liberâ alium investire? cum sit noti juris rectius esse ut quis de suo quàm alieno liberalis sit. Nec obstat, quod contrarium sentientes objiciunt, Eum, qui vasallos habet, jurisdictionem in eos exercere. c. 1 de prohib. feud per Frider. 2. F. 55. quæ dignitas non videtur rustico & ignobili convenire. Imò Jurisdictio privatorum consensu quæri non potest l. 3. C de Iurisdict. Quià rusticus dando feudum hîc non consequitur talem jurisdictionem, de quâ loquuntur leges civiles, sed saltem ratione rei in feudum datæ aliquam notionem vel consuetudinariam jurisdictionem adipiscitur. De consuetudine autem privatus Jurisdictionem habere potest. c. 4. Ext. de arbitr. Ità nec illud nobis resistit, Quod feuda plerumq; sint clientelæ militares, quibus si abundarent Rustici, fortè indè rebellarent, quod ne fiat, non est illis concedendum feuda dare. Dico enim illum metum vanum esse, cum Rustici non reperiantur tantis bonis & divitiis abundantes, quod bella movere & gerere poßint. Deindè si moverent, vasallus eis opem præstare non teneretur, cum rustici justum bellum gerere non poßint, cum absq; concessione Imperatoris, qui rusticis haud dubio illam facultatem non concederet, bella justa in imperio non gerantur. In bellis autem injustis etiam majoribus dominis vasalli servitia præstare non tenentur c. 1 in pr. Hic finitur lex. 2. F. 28. Ità nec quicquam facit, quod Jurisdictio privatorum consensu quæri non poßit. l. 3 C. de Jurisdict. Quià dicimus Regulam illam non loqui in nostro casu, sed in tali, Si inter Judæum & alium sit controversia, ejusq; di-

rimendi causâ aditus Mævius homo privatus ut is litem jure dirimat, quæritur an ejus sententia valeat? Non. In quæstione verò nostrâ nulla principaliter privato acquiritur Jurisdictio, sed per consequentiam, si inter convasallos oriatur controversia, de eâ cognoscere potest. Sic quoq; nobis non adversatur, quod c. 1. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. & c. 1. in princ. Quis dic. dux March. com. 2. F. 10. loquantur de Marchionibus, Comitibus & personis dignitate præditis, non verò indiscriminatim de omnibus: nam si omnes personæ, etiam rusticæ, possent in feudum dare, ad quid opus erat enumerare istas personas, quæ possunt feudum dare? ubi enim aliquibus personis aliquid specialiter conceditur, aliis denegatum intelligitur. Putamus enim in dd. c c. non ideò certarum personarum mentionem fieri, ut aliæ excludantur. arg. c. 1. per quos fiat invest. 2. F. 3 sed ut tantum variæ nomina dantium & accipientium feuda declarentur. Deindè noti juris est, unius inclusionem non esse de Jure alterius exclusionem: sequeretur enim hinc quod etiam fœminæ non possent feudum dare, quià neq; illarum ibi fit mentio, quod tamen est falsum. per d. c. 1. vers. fœminæ. per quos fiat invest.

XX.

Ulterius hîc quæritur, An pupillus & minor absque tutoris & curatoris authoritate antiqui feudi renovationem facere possint? Aff.

I. per c. 1. in pr. per quos fiat invest. 2. F. 3. ubi nullâ tutoris curatorisve factâ mentione permittitur minori, sivè sit pupillus sivè minor in specie ità dictus, feudi antiqui investituræ renovandæ potestas, cum itaq; textus non distinguit, neq; nos distinguere debemus. II. Quià per renovationem feudi pupillus & minor nihil alienant, sed quod à parentibus ipsorum alienatum fuit, approbant. I. Obst. Quod tutoris authoritas necessaria sit, quandò pupillus suam conditionem non facit meliorem. Resp. Borch. de F. c. 5. n. 43. II. Resp. Don. 7. com. 6. in pr. & 3. com. 13. 5. principio. II. Obst. Quod pupillus sine authoritate tutoris jusjurandum deferre nequeat. per text. expres. in l. jusjurandum. 17. 5. 1. de jurejur. quod tamen toties, quoties investitura fit, sivè id fiat de novo, sivè jam ante facta renovetur, præstandum est. Resp. Vult. 1. F. 3. III. Obst. Quod nemo possit infeudare qui alienare prohibetur. d. c. 1. per quos fiat invest. Minor verò non potest alienare sine causâ & decreto judicis. l. 1. ff. de reb. eorum qui sub tut. Resp. Schneid. de F. par. 3. n. 80.

An i-

An igitur Tutores & Curatores nomine pupilli seu minoris feudum novum constituere possint? Neg.

I. *Quià feudum est donatio quædam. c 1. §. hujus. in fi. In Quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. Donatio autem tutoribus & curatoribus nomine administrationis non est permissa. l. 7. ff. de donat. l. 22. C de pact. l. 46. §. fi. ff. de admin. tut.* II. *Quià feudum novum tantum constituere possunt, qui liberam rerum illarum, quas in feudum dare volunt, habent administrationem. d. c. 1. per quos fiat investit. 2. F. 3. Sed tutores & curatores talem in bonis pupilli non habent potestatem, siquidem res illorum tantum administrare jubentur. l. 4. ff. de autor. tut. l. 16. C. de admin. tut. non autem donare. l 7. ff. de Donat.* III. *Quià feudum in rebus immobilibus vel æquipollentibus consistit. c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. quorum alienatio citra Iudicis decretum ab his personis facta nullius est momenti. tot. tit. de reb. eorum qui sub tut.* Nec obst. *Quod pupillus seu minor, eorumq; tutores, quandocunq; res pupilli meliores faciunt, obligare semet aliis, & alios rursus sibi obligare possint. In feudi verò concessione vasallus pupillo obligatur fidelitatis juramento, cogiturq; ipsi servitia quædam præstare, atq; ità pupilli res ac conditio melioratur.* Resp. *Niel. diss. feud. 2. th. 2. lit. a. & Vult. 1 F. 3. n 7. Vetus tamen feudum pupilli nomine renovare possunt, quià per renovationem feudi nihil alienant, sed quod à parentibus pupillorum justo & legitimo modo alienatum fuit, approbant. Imò hoc casu pupilli conditionem meliorem faciunt, quià vasallus à pupillo investitus præstat pupillo fidelitatis juramentum, quo conditio pupilli melioratur.*

XXII.

Sed quid num procuratores novum feudum constituere possint? Si speciale ad hoc mandatum habeant Aff.

I. *per l. procurator cui. 58. & l. mandato generali. 60. ff. de procurat.* II. *per text. in cap. 1. §. 2. vers. item investitura. & seq. De not. feud. 2. F. 58.* III. *Quià novi feudi investitura est alienatio. At procurator totorum bonorum rem alienare non potest. l. 63. ff. de procur.* E. *nec in feudum dare.* IV. *Quià feudi datio donationem sapit. Procurator autem cum libera nec donare, nec jus domini clarum remittere potest. l. 3. ff. de Acceptilat. l. contra juris. 28. §. fin. ff. de pact.* V. *Quià rebus gerendis procurator, non autem dominus est constitutus, quapropter etiam æquum est illum administrare non autem devorare negotia. l. 1. §. 2. vers. si filius fam. ff. de senatusc. Maced.* Obst. *l. quâ ratione. 9. §. 3. & 4. ff. de acquir. rer. dom. ubi expressè Jctus*

dicit, si cui, inquiens, libera negotiorum administratio permissa fuerit, & is ex negotiis rem vendiderit & tradiderit, facit eam accipientis. Sanè his verbis contineri videntur res omnes, quæ procuratoris administrationi permissæ sunt, ut nullæ ex his excipiantur, quin à procuratore isto vendi possint, & traditæ transferantur. Resp. *Don. 4. com. 15. in med.*

XXIII.

Atq; hactenus de personis, quæ feudum dare possunt, reliquum est ob mutuam relatorum naturam ut videamus quæ feudum accipere possint.

Accipientes feuda.

XXIV.

Omnes itaque feudum accipere possunt nullâ habitâ ratione ordinis aut conditionis, tàm enim Ecclesiasticæ personæ quàm Laicæ feudum accipiunt.

Borch de feud. c. 5. n. 49.

XXV.

Sed num illæ Ecclesiasticæ personæ rectè etiam à Laicis feudum accipiant quæritur? Affirmantibus subscribimus.

Hanc quæstionem arduam & multum controversam esse scribit Mozz. de his qui feud. dar poss. n. 32. Et Zas. p. 5. n. 71. & 72. dicit de facto potius habere clericos feuda quàm de jure. Et sanè si jus spectemus & rationem, videtur omninò negandum clericum posse feudum accipere, imò per clericatum quis amittit feudum, cujus antea capax fuerat. c. 1. in fi. de feud. fæm. 2. F. 30. & est ratio, tum quia clericorum portio est dominus, cui servire debent, sicut de Levitis in veteri testamento scriptum est, tum quia miles Christi non debet implicari negotiis & bello hujus seculi, cum illius arma sint preces & lachrymæ. Sed si mores sequamur, quos etiam Jus pontificium comprobavit, poterit etiam Clericus feudum recipere, idq; per substitutum seu vicarium deservire, quod probatur. I. *per c. 1 §. fin. de Capit. Corrad. 2. F. 40* II. *per c. ex transmissa. Ext. de for. compet.* III. *Quia laicus, qui scienter clerico feudum concedit, tacitè id egisse videtur, ut clericus per substitutum serviat. Cum enim sciebat eum esse clericum, & sciebat ipsum non debere esse in prælio ad pugnandum personaliter & alia facere, quæ non conveniunt clericis, sibi hoc imputet, quia qui cum alio contrahit, scit vel scire debet ejus conditionem. l. qui cum alio. de Reg. Jur. Præp. in c. 1. §. fin. De Capit. Corrad. 2. F. 40.* I Obst. *Quod is, qui clericus fit, hoc ipso feudum amittat. c. 1. in fi. de feud fæm. 2. F. 30. c. qui clericus. Si de feud. defunct. cont sit. int. dom. & agnat. 2. F. 26. E. multò minus poterit accipere*

pere. Resp. *Sonsbec. de feud. par. 7. n. 3. & Borch. de F. c. 5. n. 49.* II. Obst. *Quod clericus hac ratione se subjiciat Iurisdictioni laici saltem quoad quæstionem feudalem, cum coram domino feudi quæstio sit agitanda, contra c. si diligenti. Ext. de foro compet.* Resp. *Præpos. in c. 1. §. fin. De Capit. Corrad. 2. F. 40.* III. Obst. *c. placuit. 21. q. 3. ubi dicitur, quod nemo militans Deo secularibus negotiis se implicare debeat.* Resp. *Seysel. in Specul. feudal. sub tit. Qui feud. accip poss.*

XXVI.

Sed hoc verum est, si clerici de feudo novo investiantur, in feudo enim antiquo non succedunt, sed si qui Laici fuerunt, & feudum habuerunt, posteà autem clerici facti sunt, feudum amittunt.

c. 1. §. qui clericus. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. c. 1. in fi. An mut. vel aliàs imperf. 2. F 36.

XXVII.

Ex secularibus feuda accipiunt nobiles & ignobiles, nullâ habitâ ratione status, nam & servus feudum accipit, nisi ignorantia prætendatur.

c. 1. vers. personam verò. per quos fiat investit. 2. F. 3. *Si enim dominus feudum concedendo eum liberum putaret, investitura nullius foret momenti, cum tali errore ipsa connubia quoq; dissolvantur: nam si ingenuus ignoranter ancillam ducat uxorem eamq; re detectâ à servitute redimere nequeat, irritum erit matrimonium, & cum aliâ liberè nuptias contrahet. c. si ingenuus. 29. q. 2. quia nullus erranti est consensus nullaq; voluntas. l. cum testamentum. cum l. seq. C. de jur. & fact. ignor.* Objici potest *quod per investituram feudi quis consequatur nobilitatem, ut in c. 1. §. cæteri. Quis dic. dux March. com 2. F 10. Servus autem non possit adipisci dignitatem. l. pen. C. qui milit. non poss.* Verùm id non impedit, *quia servi, quatenus sunt servi, omninò feudi incapaces sunt, capaces verò quatenus libertatem expressè vel tacitè consequuntur, vel etiam domini eorum feudum capere possunt.* Deindè *in d. § cæteri. ponitur tantum differentia inter feuda, quæ nobilitant & quæ non.* Porrò non obst. *Quod feudatarius investitus censeatur & reputetur miles. c. 1. de feud. sine culp. non amit. 1. F. 21. Servus verò non possit esse miles. l. super servis. C. qui milit. non poss.* Quia *ea, quæ statuuntur in d. c. 1. de feud. sine culp. non amit. de milite, habent quoque in materiâ feudali locum in vasallo non milite, & miles etiam intelligitur pro quolibet simplici vasallo, quod verum est nisi expressè contrarium reperiatur statutum.*

Sed

XXIIX.

Sed an servus eo ipso, quod feudum accipit, libertatem consequatur quæritur? Disting.

Aut est proprius domini servus, & hoc casu libertatem consequitur, quià eo ipso, quod servum investit dominus, censetur maluisse liberũ esse quàm servum, aliàs enim præsumeretur inepta dispositio. Aut est alienus, & iterum subdistinguo, an feudum datum sit contemplatione servi, an verò domini, nam eo casu, si domino sciente & non contradicente servo concessum fuerit, servus & feudum & libertatem consequitur, hoc verò casu, si domino servi ignorante, aut ipsius domini intuitu talis investitura â quopiam concedatur, feudum domino acquiretur per servum velut organum & in servitute permanentem, cum & feudum per interpositam personam acquiri possit. c. 1. § sed utrum ipse 2. F. 3. Sicut igitur jure civili testamenti factio cum servis (ut scilicet heredes instituì possint) ex personâ dominorum introducta est. l. non minus. ff. de hered. instit. ità & placitis feudorum hac specie investitura cum servis ex personâ dominorum introducta censebitur, ipse enim servus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest, quarè nobis acquiritur quod servi nostri ex traditione nanciscuntur, sivè quid stipulentur, vel ex aliâ causâ acquirant. §. item vobis. instit. per quas pers. nob. acquir. Schenck. Baro 2. F. 3. §. personam. Forcat. c. 4. n. 7. Sonsbec. par. 7. n. 21. Schneid. par. 3. n. 98. Intrigl. quæst. feud. 54. n. 6. & seqq.

XXIX.

Ità etiam filiusfam. (a), & emancipatus vel patriâ potestate liberatus feudum rectè accipit, etiamsi concedens putaverit illos esse sui juris (b).

a) Non tamen â patre, quià incideret in donationem, quæ inter patrem & filiumfam. est prohibita. Vult. c. 4. de fend n. 8. b) Sonsbec. par. 7. n. 7. Zas. par 5. n. 61. Intrig. quæst. 54. n. 48.

XXX.

An verò ususfructus feudi filio dati patri acquiratur, conflictus Dd. est acerrimus. Negantium castra sequimur.

1. Quià filiusfam. Vasallus ex illâ feudi concessione aliàs nihil consequeretur contrà naturam feudi. c. 1. § fin In quib. caus. feud. amit. 2. F. 25. ubi definitur feudum ità dari, ut proprietas penes dantem maneat, ususfructus verò illius in accipientem transeat. Qui text. cum generaliter loquatur sine distinctione vasalli sive pater vel filiusfam. etiam generaliter à nobis as-

bis accipi & intelligi debet. arg. l. de pretio. ff. de public. in rem act. II. Quia feuda cum dentur contemplatione militiæ, censentur jure castrensis vel quasi. arg. l. 1. C. de castr. pecul. cujusmodi peculij usumfructum non pater, sed filius fam. habet. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. III. Quia si usus-fructus feudi acquireretur patri, tum in effectu feudum acquireretur alii, quàm cui dominus concessum voluit, quod fieri non debet, præsertim cum plerumq; ob servitia, ut ista eò commodius expedianinr, concedatur, & in illis præstandis industria persona electa esse censeatur. IV. Quia feuda non reliquorum jure censentur, sed ejus sunt naturæ, ut ad ascendentes non transeant. c. 1. de nat succes. feud. 2. F. 50. Sicuti ergò pater in ipso feudo â successione, ità etiam ab usu-fructu ejus jure feudali si non expressè saltem tacitè excluſus esse censetur. I. Obst. Quod de hac quæstione nihil reperiatur jure feudali dispositum, ideoq; dispositio Iuris communis in illâ observanda sit & standum regulæ. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. quod in adventiciis quæratur patri usus fructus. Resp. Vult. 1. F. 4. n. 8. & Borch c. 5. n. 48. II. Obst. Quod fructus feudi non sint feudales sed allodiales ideoq; jure allodiali censendi & patri adjudicandi. d. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. Resp. Vult. d. loco. & Schoner. lib. 1. disp 2. th. 57.

XXXI.

Porrò nec sexus habetur ratio, sitnè unius vel utriusque: Unius ut mares vel fœminæ (a), utriusque ut hermaphroditi (b).

a) c. 1. de feud fœm. 2. F. 30. Potest enim dominus gratiam facere cui vult. c. 1. Quemadmod. feud. ad filiam pert. 1. F. 24. & sibi imputare debet dominus, quod sibi vasallum non militarem elegerit. b) nec hic moramur uter sexus præponderet, eam distinctionem saltem in successione feudi attendentes. Borch. de feud. c. 5. n. 45.

XXXII.

Imò nec ætatis. Hinc quæritur an pupilli & minores sine tutorum & curatorum suorum authoritate feuda accipiant? Aff. sub distinctione.

Aut enim sunt infantes, aut infante majores. Priori casu ipsi quidem nec per se, nec tutore authore, sed tutor eorum nomine feudum acquirit, arg. l. si infanti. 18. & l. potuit. 5 C de jur. deliber. Infantes enim non intelligunt quid loquantur, multò minus quid agatur: quinimò infantes non multum â furioso distant. §. sed quod dicimus. inst. de inutil. stipulat. & ideò sicut fu-

furios

furiosi nullum negotium contrahunt, l. in negotiis de Reg. Jur. Posteriori verò casu etiam sine tutoris authoritate feudum possunt accipere, quatenus rem suam faciunt meliorem. Et est ratio, Quòd *feuda recipere possunt omnes regulariter, his solis exceptis, quibus id expressè interdictum est. c. 1. in fi. vers. personam. per quos fiat investit. 2. F. 3. Atqui pupilli sine authoritate tutorum feuda recipere in jur. feud. non prohibentur.* E. II. Quòd *pupilli possunt suam conditionem meliorem facere sine tutoris authoritate. §. 1. inst. de author. tut. §. pupillus. 9. inst. de inutilib. stipulat.* I. Obst. *quod pupillus sine tutoris authoritate obligari non potest. l. obligari 9. ff. de author. tut.* Resp. *Sonsbec. par. 7. n. 15. in fi.* II. Obst. *Quod sine tutoris authoritate hereditatem etiam lucrosam adire non possit. §. 2 inst. de author. tut. & hoc idèo ne vexetur multis litibus. per l. minoribus. ff. de minor. sic fit in accipiendo feudo, ex quo multis laboribus & servitiis gravari possit* Resp. *Intrigl. quæst. feud. 54. n. 29. & seqq. & Borch. de feud. c. 5. n. 46.* III. Obst. *Quod minor domino obligetur. Sed is sine curatore obligari nequit. l. 3. C. de integr. restit.* Resp. *Hattyf. in sua analyss. feud. c. 6. n. 2.*

XXXIII.

Deniquè feuda accipere de novo possunt tùm morbis obnoxii & imbecilles, ut cæci, muti, claudi, aut aliàs imperfecti, quàm sani & robusti.

Sonsbec. de feud. par. 7. n. 16. Schon. diss. 2. thes. 63. potest enim dominus gratiam facere cui vult. Et quilibet rerum suarum est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. Mandat. communiter Dd. in c. 1. §. mutus. Episc. vel Abbat. 1. F. 5. Zas. p. 5. c. 2. Borch. c. 5. n. 50. Vult. c. 4. n. 11. Hinc *cum minus sint idonei ad servitia obeunda, dominus ipsis hanc gratiam facere intelligitur, ut per substitutum serviant, si feudum militiæ causâ concessum sit, & per curatorem vel procuratorem investituram accipere possint. c. 1. § 1. vers. sed utrum. per quos fiat investit. 2. F. 3 & c. 1. vers. investitura. De not. Feud. 2. F. 58. Secus tamen est in feudo subinfeudato, si quis enim feudum quod ab alio superiore tenet, alteri subinfeudare velit, ille accipiens similis esse debet subinfeudanti. per c. 1. §. similiter. 2. De Leg. Corrad. 2. F. 34. Sonsb. p. 7. n. 6.*

XXXIV.

Visis itaquè personis, quæ feuda concedere, quæ etiam accipere possint, non difficilè erit dijudicare, quæ econtrà dare & quæ accipere prohibeantur.

Dispu-

Disputatio III.

DE REBUS QUÆ IN FEUDUM DARI POSSINT VEL NON.

RESPONDENTE

HERMANNO HALLERFORDIO
Osnab. VVestph.

CONTINVATIO.

VIsis personis dantibus & accipientibus feudum, consequens est videre de materiâ feudorum, rebus nimirum, in quibus feudum constitui possit vel non.

Thesis I.

Possunt verò res omnes in feudum concedi, dummodò sint in commercio & libero nostro dominio subjectæ, non sacræ, sanctæ, religiosæ, atquè publicis usibus dicatæ, aut prohibitæ alienari lege, statuto, aut â testatore. *Quæ res in F. dari possint.*

Mozz. de reb. quæ in feud. dar. poss. n. 1. Zas. par. 4. in pr. Borch. c. 6. n. 3. usq; ad n. 11.

II.

Constituitur itaquè feudum in rebus tàm Ecclesiasticis quàm secularibus. *Res Ecclesiæ.*

c. 1. de Cleric. qui invest fac. 2. F. 35. c. 2. Ext. de Feud.

III.

Res namquè Ecclesiæ in feudum dantur, si eas infeudandi consuetudinem prælati antiquitùs habeant.

c. 1. in pr. de his qui feud. dar. pos. 1. F. 1. c. 1. in fi. pr. Episc. vel Abbat. 1 F. 6. Sonsbec. par. 8. n. 9. Vult. 1. F. 5. n. 14. vers. Verùm enimverò.

IV.

Res verò Ecclesiæ patrimoniales de novo infeudari nequeant, nisi accedat consensus Capituli, & aliæ solemnitates observentur

 ventur, de quibus agitur in auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. & c. sine exceptione. 12 q. 2.

Curt. Jun. 2. par. princ. q. 1. n. 1. Borch. cap. 6. n. 19. VVesenbec. de feud. c. 7. Quamvis enim Impp. Leo & Anthemius res Ecclesiæ Constantinopolitanæ sub quacunq; alienationis specie etiam clericis omnibus consentientibus alienari prohibuerunt. l. jubemus nulli. C. de SS. Eccles. idq; Justin. ad omnia monasteria & xenodochia postea pertraxit. Nov. 7. Jure tamen Canonico & consuetudinario res Ecclesiarum in feudum dari possunt. c. ad nostram. de reb. Eccles. non alien. c. 1. de his qui feud. dar. pos.

V.

Quinimò potest prælatus res infeudari solitas in feudum dare, etiamsi ante ipsum ad Ecclesiam jam reversæ fuerint (a), modò tamen non incorporatæ sint, quia res semel incorporatæ non dicuntur amplius infeudari solitæ (b).

a) d. c. 1 De Cleric. qui in bell. fac. 2. F. 35. b) Borch. de feud. c. 6. n. 27. Vult. 1. F. 5. n. 14. vers. accidit verò. Rosenth. c. 4 concl. 33.

VI.

Incorporatio autem hæc fit expressè vel tacitè.

Schrad. de feud. par 4. c. 2. n. 24. in fi.

VII.

Expressè, si prælatus expressè declaraverit, se velle illa bona mensæ applicata (a), vel si sciente prælato relata sint in libros & regesta Ecclesiæ huic negotio destinata (b).

a) Schrad. d. c. 2. n. 24. & Rosenth. d. c. 4. concl. 34. Quia id prælato prohibitum esse nusquam reperitur, ac tendit in favorem Ecclesiæ. Nec obst. c. cum de beneficio. De præbend. lib. 6. ubi dicitur, quod etiam prælatus cum capitulo statum rei Ecclesiasticæ immutare nequeat. Quia agitur ibi de mutatione Ecclesiæ damnosa. b) Rosenth. d. loco & Borch. c. 6. n. 29. Intrigl. quæst. feud. 53. n. 23.

VIII.

Tacitè, quandò prælatus ex re aliquâ Ecclesiæ apertâ fructus per se vel per officiales percepit, quamvis hic magnus circa tempus Dd. sit conflictus.

Quidam enim dicunt quod bona mensæ Ecclesiæ incorporata videantur, quandò Ecclesia per annum stetit in possessione. c. 1. de reb. Eccles. non alien. & c. 1. 35. q. 8. Bald. existimat sufficere quod Ecclesia possideat. Andr. de Isern. censuit rem Ecclesiæ incorporatam rectè dici, quandò Ecclesia per 30. annos rem ipsam possedit. Bart. requirit, ut sint descripta in numero

mero aliarum rerum mensæ Ecclesiæ sivè Episcopi. l. si vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Alii *hoc tempus arbitrio Iudicis relinquendum censent, hoc enim Iuris communis decisioni consonans esse ajunt, ut certo tempore à lege non expresso Judex arbitretur, quantum hoc tempus esse debeat. per l. 1. §. fin. & ibi Dd. C. de Jur. delib.*

IX.

Res seculares in feudum dari possunt, sivè illæ allodiales fuerint (a), sivè feudales (b), quæ rerum feudalium concessio speciali nomine subinfeudatio indigetatur, de quâ inferius videbimus. *Res seculares.*

a) c. . de Allod. 2. F. 54. Sunt autem res allodiales, quæ pleno jure nostræ sunt. §. fin. inst. de Usufr. l. in re mandata. 21. C. Mand. Jas. in prælud. feud. n. 123. Joan. Ferrar. in tract. feud. c. 7. lib. 5. Borch. c. 2. n. 13. & feudis opponuntur. c. 1. vers. inter filiam. si de feud. defunct. cont. sit. 2 F. 26. & d. c. 1. de Allod. 2. F. 54. Notandum verò est, quod in dubio bona præsumantur potius allodialia esse quàm feudalia. d. c. 1. vers. inter filiam. si de feud. defunct. Alex. cons. 129. n. 2. lib. 1. & cons. 136. n. 2. eod. lib. Roland. à Valle cons. 2. n. 11. & seqq. & cons. 32. n. 32. & seqq. cons. 46. n. 39. & cons. 98. n. 11. in 3. volum. Menoch. lib. 3. præsumpt. 91. n. 1. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 276. n. 6. & 7. Cephal. cons. 67. n. 28. lib. 1. Par. de Put. de redint. feud. c. 11. n. 7. & seq. & c. 22. n. 4. & c. 95. n. 2. c. 146. n. 6. Mynsi obs. 25. cent. 5. Schrad. par. 3. feud. c. 4. n. 53. b) *Feudalis verò res contra est, quæ pleno jure nostra non est, sed ab alio recognoscitur. c. 1. in fi. de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. in fi. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. §. 2. de invest. de re alie. fact. 2. F. 8.*

X.

Sivè eæ res soli sint (a), sivè solo cohærentes (b), sivè propriæ (c), sivè alienæ (d), sivè communes (e).

a) ut fundus, territorium. c. 1. §. sciendum. de feud. cognit. 2. F. 1. Blanc. lib. 1. Feud. c. 6. Claud. Seysel. rubr. Quæ res in feud dar. poss. b) *ut castrum, ædificium, arbores. c. 1. §. item si vasall. si de invest. feud. contr. fuer. 1. F. 4. granaria, quorum stipites in terrâ, uni defossi. l. granaria. 18. in pr. ff. de act. empt.*

c) *De propriis concedentis nulla est dubitatio. Qui alicui in F. dat rem ipsius accipientis propriam nihil agit, si id faciat accipiente jus suum ignorante atq; adeò in facto errante, secus si fiat ipso sciente, tunc enim res ipsius accipientis propria ab alio recognosci & in feudum redigi potest, nam potest quis rem suam propriam ab alio recognoscere, & in F. redigere,* Es kan einer seine eygene freye güter zu Lehen machen/ vnnd einem Herrn zu Lehen auffragen/ *cum quilibet sit arbiter & moderator rei*

sor rei suæ: Et hoc solent plerique facere pro defensione & tutelâ rerum suarum, ut à domino feudi contra adversarios assistentiam habeant. Gail. 2. obs. 158. n. 1. d) c. 1. de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. Sonsbec. par. 8. n. 33. VVes. c. 7. n. 7. Vult. c. 5. n. 16. Quæ si fuerint evictæ & vasallo per judicem ablatæ, de evictione agere poterit contra dominum, ut vel aliud restituat feudum, quod sit ejusdem æstimationis, bonitatis & quantitatis, vel nummos in feudum dandos numerare cogatur. c. 1. si de feud. vasal. ab aliq. interp. 2. F. 25. Et hoc est verum, si accipiens ignoravit esse rem alienam, vel si scivit, pacto tamen sibi prospexit. c. 1. de invest de re alie. fact. 2. F. 8. in dante verò non distinguitur. Sonsb. d. n. 33. e) c. 1. § item sciendum. de not. feud. 2. F. 58. Et hinc est, quod vasallus jus adæquationis ad 40. annos habeat, ut habuit ille qui feudum dedit: i. e. si viderit vasallus divisionem hujus rei olim malè factam cum domino, potest usq; ad 40. annos de illâ malâ divisione conqueri. d. §. item sciendum. Sonsb. d. par. 8. n. 31.

XI.

Hinc quærere libet, An res mobiles sub cautione usufructuariâ constitui & in feudum dari possint? Neg.

Cum Andr. de Iser. in c. 1. si de feud. vasall. ab aliq. interpel. fue. Ioan. Caccial in repet. c. 1. par. 7. n. 1. de feud. cognit. Zas. par. 4. n. 21. Hannet. 1. F. 4. in fi. Tiraq. lib. 1. retract. n. 1. gl. 7. n. 103. in fi. Intrigl. de feud. q. 9. n. 132. Seysel. in tit. Quæ res in feud. dar. poss. reg. 2 in pr. Petr. de Bell. Pert. tit. 5. n. 11. Et est ratio. Quia feudum debet esse perpetuum, & ad vasallos descendentes eorumq; heredes agnatos pertinere. Deindè constat vasallum in feudo tantum usumfructum habere, non etiam proprietatem, sed dominum debere retinere directum dominium, quod non potest cadere in istis mobilibus, ex quo usu consumuntur, cum enim res mobiles usu consumantur, deficit directum dominium: Siverò vasallus non uteretur, tunc feudum nullam adferret utilitatem vasallo, quorum utrumq; est contra naturam feudi. c. 1. §. fi. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 25. II. Quia quamvis pecuniæ & cæterarum rerum mobilium, quæ in abusu consistunt, Quasi usufructus possit constitui præstitâ cautione, tot. tit. de usufr ear. rer. quæ usu consum. tamen intervenient etiam cautione in rebus mobilibus feudum constitui non potest. Cautio enim quam usufructuarius proprietario præstat de pecuniâ restituendâ temporalis est non perpetua, id est, ex Scto. durante usufructu locum habet & exstinguitur, si usufructuarius moriatur vel capite minuatur. §. sed utilitatis. Inst. de Usufr. Ex quo autem feudum debet esse perpetuum, ista cautio in infinitum extenderetur, quod non est quandò præstatur pro usufructu,

qui

qui finitur morte. I. Obſt. *§. conſtituitur. Inſt. de uſufr.* Reſp. *Seyfel. d. loco & Sonsb. par. 8. n. 27.* II. Obſt. *Quod in c. 1. §. ſciendum. de feud. cognit. 2. F. 15 Feudiſta ſtatuit penſionẽ pecuniariũ quam de Camera, & itẽ annonã, quam de Cavenâ nominant, feudi nomine rectè attribui.* Rſp. *Borch. de feud. c. 6. n. 34.*

XII.

An feudum in pecuniâ conſtitui poſſit? Neg.

I. *Quià pecunia in ſpecie & per ſe conſiderata eſt res mobilis.* *Nob. 22. c. 45. In re autem mobili feudum non conſiſtit. c. 1. §. ſciendum. de feud. cognit. 2. F. 1.* II. *Quià quandò pecunia datur in feudum & per acceptorem conſumitur, deſinit proprietas eſſe apud dantem, & ità proprietas exſtingueretur: Si verò non conſumeret, ſed in arcâ teneret pecuniam, tunc inutilis eſſet accipienti, quià nullam indè perciperet commoditatem, quod eſſet contra naturam feudi, pecunia enim licet ſit optimus fidejuſſor neceſſitatis, tamen retenta nihil operatur, & nullam adfert utilitatem. c. ejiciens. 88. diſtinct.* I. Obſt. *§. conſtituitur. Inſt. de uſufr. ubi etiam uſusfructus in pecuniâ non conſtituitur, ſed tamen remedio ſatisdationis uſusfructus Quaſi in pecuniâ eſſe poteſt. E. etiam feudum remedio ſatisdationis in pecuniâ conſtitui poterit, & ità domino proprietas non perit.* Verùm id nihil operatur, *quià ità Jure civili expreſsè in pecuniâ ſpecialiter Senatusconſulto conſtitutum eſt, non etiam in feudali jure, non igitur temerè id erit concedendum contra naturam feudi, quæ eſt ut in immobilibus conſiſtat.* Deindè *eſt longè diverſa ratio ſatisdationis in uſufructu, quàm ſatisdationis in feudo, quià uſusfructus cum perſonâ ſatisdantis exſtinguitur, ſed feudum ad heredes tranſit, ideoq; ſæpiſſimè eſſet ab heredibus ſatisdandum, & ità infinita eſſet ſatisdatio, jura verò hujusmodi infinitates reſpuunt.* II. Obſt. *c. 1. §. 1. ſi de feud. vaſal. ab alio interpel. 2. F. 25. ubi dominus, qui laudatus vaſallum non defendit, vel alterum feudum, vel pretium quanti feudum evictum fuit, feudi nomine perſolvere cogitur.* Reſp. *Schneid. par. 2. n. 18. & ſeqq.*

XIII.

An verò pecunia ex feudo redacta pro feudo haberi debeat magis controvertitur? Quod inſpectâ juris ratione negandum ducimus.

I. *Quià indiſtinctè feudiſta ait, feudum non poſſe conſiſtere niſi in rebus immobilib. vel æquipollentibus. c. 1. §. ſciendum. de feud. cognit. 2. F. 1.* II. *Quià regulariter pretium non ſuccedit loco rei. l. qui vas. 48. §. ult. ff. de furt. l. ſi ex*

ex.6.C.de rei vind. l.ex pecuniâ.12. C de Jur.dot.& l.ult. C de serv.pign. dat. manumiss. III.per c.1.§.si vasallus de beneficio.si de feud.defunct cont sit.2.F. 26. I.Obst. regula vulgata, Quod subrogatum sapiat naturam subrogati. Resp. Rober.disp.6.in coron. II. Obst. c.1. Quid jur. si post alienat.2. F.44.Resp. Rober.d.loco. III. Obst. Quod in universalibus pretium succedat loco rei l.si & rem.22 ff.de hered.petit. Feudum autem sit quiddam universale. Resp. Rober. d. loco & Tiraquel. de retract. lignag. §.32.glos.1. n. 20. pag.316. Et hæc sententia nostra adeò vera est, ut si inter agnatos vel fratres convenerit, ut ejusmodi pecunia assumeret naturam feudi, & soli masculi succederent, conventio illa nullius sit momenti. Andr. de Isern.Præpos.& Afflict. in d.c.1.si de feud.Vasal. ab aliq.interpel. Et hoc usque adeò verum esse putamus, ut ne pactum quidem juratum, quo cavetur, quod pecunia pro feudo haberi debeat, ratum sit, glos. in c. 1. verb. in feudum dandos. & ibi Andr. de Isern. Si de feud.Vasal. ab aliq. interpellat fuer. 2.F.25.Borch.c.6 n.14. quia de formâ & essentiâ feudi est, ut illud constituatur in re immobili, & clari Iuris est, quod ea, quæ sunt de formâ sivè substantiâ actus, pacto jurato contrahentium mutari nequeant. Bald.in l si quis pro eo.n.25. ff.de fidejuss. Nec obstat quod contractus ex conventione legem accipiant. l. 1. §. si convenerit. ff. deposit. l. contractus. & ibi Dec Cag. & Dd. ff. de Reg. Jur. quod pactis contrahentium etiam Legum dispositioni derogari possit. l.pacisci.l. jurisgentium.7.§ si paciscar.ff. de pact. Hoc enim non procedit in nostro & similibus casibus, quandò videlicet vel pacta à legibus reprobata sunt. l. contra.28. ff. de pact. l. si stipulor.35 & l.generaliter.26 cum l.seq.ff.de verb. oblig. vel pacta ad hoc tendunt, ut per illa derogetur formæ vel solemnitati à lege requisitæ. arg. l. jus publicum.38. ff. de pact. l.nemo potest, & ibi Bart. ff. de Leg 1. Hæc tamen pactio valet, Si fratres vel agnati inter se convenerint, ut pecunia ex feudo redacta converteretur in emptionem feudi. Borch. c. 6. n. 14.Vult.c.5. n.10.

XIV.

Num etiam fructus pendentes in feudum dari possint? Aff. si modò sint annui.

I. Quia res solo cohærentes possunt in feudum dari. d. c.1.§. fi.de feud. cognit. Atqui fructus pendentes solo cohærent.l.44.de rei vend. II. per l.ult. §.fructus.ff. Quæ in fraud. cred. ubi non distinguitur inter maturos vel immaturos fructus, sed dicitur omnes cohærere solo. E. etiã in feudũ dari possunt. III. Quia idem jus est in parte quod in toto. l. quæ de tota 76.ff. de

rei

rei bind. E. Nec refert *iste annuus proventus sit uniformis vel difformis, ut fortasse uno anno frumentum, altero vinum vel aliud quicquam provenian, sufficit enim quod temporis intervallis annuatim solvatur. Zas. par. 4. n. 13.* Obst. *Quod feudum semper præsupponat proprietatem rei in feudum datæ apud dominum feudi manere. At hoc casu nulla remanet proprietas, quia necesse est ut aut consideretur in feudo ipso, aut in fructibus pendentibus. At in feudo non potest considerari, quia ejus non est usufructus, neq; in fructibus pendentibus, quia ad vasallum pertinent tantum percepti, & sequeretur quod toties, quoties percepti essent, interiret proprietas, donec alii fructus penderent.* Resp. *Goed. disp. feud. 5. th. 7. lit. b.*

XV.

Molendina quoquè in feudum dari possunt, si immobiliter in terris vel aquis sint posita (a), mobiliter verò in aquis vel terris posita non item (b).

a) Quia molendina quæ tanquam domus in terrâ aut in ripis fluminum fiunt illiq; adhærent, inter immobilia computantur. arg. d. l. granaria. ff. de act. empt. Iacob. sup. verb. & cum molendinis. n. 2. de feud. Mozz. de feud. c. 4. n. 8. Curt par. 1. q. 6. n. 11. VVes. c. 7. n. 2. & 6. b) Quia molendina, quæ instar navium super flumina meant ac velati ambulant, Schiffmühlen/ *rebus mobilibus aggregantur. Tiraquel. lib. 1. retract lignag. §. 1. glos. 7. n. 93. Intrigl. de feud. q. 9. n. 65. Rosenth. c. 4. concl. 4. Vult. c. 5. n. 5. Si tamè domino certum jus ad molendinũ natans haberet, ut quod fortassè vicini eò necessariò ad molendinum venire coacti sint (quod molendinum Bannale vulgò nuncupant ein Zwangmühle) hujusmodi molam cum hoc jure rectè infeudari posse existimat Rosenth. d. loco.*

XVI.

Stagna quoquè piscinæ & sylvæ in feudum concedi possunt. Sed de illis ità investiens an etiam pisces & feras tanquam fructus piscinæ, fluminis & sylvæ concessisse intelligatur? Nisi custodiæ gratiâ inibi sint & habeantur, Aff.

per l. item si fundi. 9. §. aucupiorum. 5. ff. de usufr. ubi venationum & piscationum reditus sivè fructus ad usufructuarium pertinent. E. & ad vasallum. Zas. par. 4. n. 2. VVesenb. c. 7. n. 3. Vult. c. 5. n. 4. Schrad. par. 3. c. 4. n. 7. & 47. Rosenth. c. 4. concl. 3. n. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n. 117. Nec obst. *l. 15. ff. de Act. Empt. ubi dicitur, quod pisces, qui sunt in piscinâ, non sint fundi.* Quia *id intelligitur de piscibus, qui custodiæ causâ in piscinam sunt positi, illi enim non sunt res soli.*

Sed

XVII.

Sed & in iis rebus, quæ immobilibus connumerantur, feudum constitui potest, ut sunt pensiones de Camerâ & Cavenâ.

d.c.1.§.sciendum.de feud.cognit.2.F.1.Rosenth.par.4.c.6.Borch.c 6.n 13.

XVIII.

Annui reditus Jährliche Rente vnd Zinse.

l.ult.§.præterea.C.de jur.dot.l jubemus nulli 14. in pr. & ibi glos.C.de SS. Eccles. expres. text.in clem.exibi.§.cumq; annui reditus. Gail.2.obs.10.Borch.d.c. 6.n. 15. Rosenth c.4.concl.5.n.1.lit. a. Quia annui reditus inter immobilia connumerantur d.l.ult.§.præterea C.de jur.dot.Vincent.Caroc.in tract.de excuss.bon.q 44.p.2.n.1. Mynsi. cent.1.obs 69.n.2. Et ità communiter Dd. docent juxta Gabriel lib.6.com.concl.tit.de V.S. concl.8.n.1. Alciat. in l. moventium.de V.S. Inq; eo omnes consentiunt, si ex re immobili debeantur. Rosenth. verò admittit etiam si ex re immobili æquipollenti percipiantur, puta si ad mensam nummularii pecunia posita sit, ex quâ reditus haberi soleat, vel si ex testamento decem mihi debeantur.

XIX.

Quod tamen verum arbitramur, modò non sint præstationes merè personales (a), nec præstentur ex re modico tempore duraturâ (b), nequè ex re turpi aut illicito quæstu percipiantur (c).

a) Bald.Præpos.Matth.de Afflict. Andr de Isern. in d.c.1.§.sciendum. de feud. cognit.arg.l.si.ff de contr. empt.Zas.par 4.n 10. b) Schrad par.3.c.3 n.5. Borch.d.cap. 6.n. 15.in fi. c) Zas. d.par. 4. n.12. Schrad. d. c.3. n. 6. Ea enim facta, quæ lædunt pietatem, æstimationem & verecundiam nostram, & generaliter contra bonos mores fiunt & turpia sunt, nec facere nos credendum est.l.Filius.ff.de condit.instit & l. si à reo.§.fin.ff. de Fidejuss.

XX.

Servitutes quoq; (a), jura venandi, piscandi, aucupandi, cædendi ligna, lapidem, pascendi (b), & actiones ad res immobiles competentes (c) infeudantur.

a) Quia immobilibus adhærent.glos.in l. 1. verb. intelliguntur. C.de usucap. transfor. Ales. cons. 211.n.5.vol.6. b) de quo ambigi non debere ait Rosenth. c.4.concl.2.n.7. c) Quia actiones induunt naturam ejus rei, ad quam competunt, secundum enim subjectum actio censetur mobilis aut immobilis. l.1.C.si adversus transact.E. si pro immobilibus competant, in feudum dari possunt, cum res immobiles in feudum dentur.d.c.1.§.fi.de feud.cognit.Gail.2.

obs. 11.

obs. 11 Borch c. 8. n. 16. Rosenth. d. c. 4. concl. 5. n. 2. Vult. c. 5. n. 8. Tiraq. de retract. lignag. §. 1 glos. 7. in pr. Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. fi. de feud. cognit.

XXI.

Ità proventus ex vectigalibus, pedagiis & teloneis in feudum recte dantur.

Zas. par. 4. n. 18.

XXII.

Item τὰ πόρθμια seu portoria & proventus, qui ex pontonibus aut navibus, quibus homines de portu in portum per flumina traducuntur, præstari solent, in feudum dantur.

Iohan. Ferrar. Montan. 2. F. 3.

XXIII.

Sic panes civiles, cum inter immobilia numerentur, in feudum dari posse statuimus.

XXIV.

Hodiè etiam habentur panes hebdomadarii inter Canonicos distribuendi sed hos propter quotidianam victus sc. illius personæ, cui illi debentur, necessitatem in feudum concedi non posse opinatur.

Zas. d. loco.

XXV.

Dantur item in feudum Jurisdictiones & Regalia majora, ut jus creandi Duces, Comites, Barones (a), Jus legitimandi per rescriptum, famæ reddere, Comites palatinos facere, nobilium dignitate insignire, novas Academias concessis privilegiis constituere (b).

a) c. 1. Quis dic. dux March. com. 2. F. 10. ubi Alvar. n. 2. Afflict. n. 1. & 2. Zas. par. 5. n. 11. Vult. c. 5. n. 7. b) Zas. & Vult. dd. loc. Ferrar. Mont. 5. F. 7.

XXVI.

Item minora, qualia esse putantur, quæ ab Imp. Friderico recensentur in c. 1 Quæ sint. Reg. 2. F. 56. nempè Armandiæ, viæ publicæ, flumina navigabilia &c. de quibus latius disp. seq. cum Deo agemus.

XXVII.

Hîc quæritur castro vel oppido simpliciter concesso an Jurisdictio quoquè, quæ castro cohæret, concessa intelligatur? Aff.

1. Quia dominus sic semper castrum cum Jurisdictione simul tenuit & sic semper usus est eo. E. & dando castrum Jurisdictionem quoq; videtur con-

cessisse,

ceßisse, ut largius fiat interpretatio. l. si cui. 33. l. prædiis. in pr. 91. de Leg. 3. II. Quià castrum caput est, cui tanquàm digniori Jurisdictio veluti membrum adhæret, & à capite membra separari non debent. c. cum non liceat. & ibi Felin. & Dd. Ext. de præscript. cum membra sequantur caput. Panor. in d. c. cum non liceat. II. Quià castrum cum sit plerumq; pro defensione territorii constructum, & muris ac fossis munitum. l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11. non commodè neq; bonâ fide à territorio separatur, quià hoc modo castro ad alium dominum translato evenire posset, ut ex castro, quod pro defensione territorii atq; incolarum constructum est, territorium & incolæ, forsan defensione atq; bello inter dominum castri & territorii orto, læderentur. Quarè simpliciter castro in feudum concesso præsumere debemus & territorium in vasallum translatum, quià nunquàm eam præsumptionem capimus, per quam dura & incommoda separatio inducitur. l pen. C com. utriusq; Judic.

XXIIX:

Sic nodosa est quæstio, quid veniat concessione castri cum jurisdictione, mit den Gerichten? Et non solum jurisdictionem simplicem, sed etiam mixtum, non verò merum competere imperium putamus.

I. Quià Iurisdictio sine modicâ coërcitione nulla est. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. l. 2. ff. de jurisdict. II. Quià merum imperium mandari nequit nisi specialiter nominatim & designatè. l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. In generali verò concessione non veniunt ea, quæ specialiter concedi debent. l. quæro. 39. vers. cum hæc generalis. ff. de Act. Empt. l. si pater. 12. ff. quæ in fraud cred. Nec obstat quod beneficia principum quàm plenissimam recipiant interpretationem. Quià princeps in dubio præsumitur juxta regulas juris civilis contrax isse.

XXIX:

Ulterius quæritur, an princeps castrum cum omni sivè omnimodâ Iurisdictione in feudum concedens videatur etiam cum mero & mixto imperio concedere? Aff.

I. Quià beneficia principum plenissimè sunt accipienda. l. beneficium. ff. de constit. princip. II. Quià aliàs nihil omninò operaretur adjectio verbi omnimoda, cui, ne sit otiosum, specialis expressionis vim tribuimus. arg. l. 109. de Leg. 1. verba enim universalia ejus sunt efficaciæ, ut habeant vim specialis expressionis. Crabet. cons. 294. col. 2. III. Quià verbum omne in universum sumitur, & nihil excipitur. l. Balista. 32. ff. ad SC. Trebel. l. 68.

ff. de

ff. de Leg. 3. l. 23. ff. de serv. urb. præd. I. Obst. *l. 1. ff. de offic. ejus. l. solet. de offic. proconſ. l. nemo poteſt. 70 ff. de Reg. Iur. quibus declaratur merum imperium delegari non poſſe.* Reſp. *Fach. 7. contr. 69.* II. Obst. *Jurisdictio eſt ſeparata ſpecies à mero imperio eiq; oppoſita, undè non cenſetur ejus appellatione venire merum imperium. d. l. ult. ff. de offic. ejus.* Rſp. *Fach. d. loco.* III. Obst. *Merum imperium eſt ex regalibus. c. 1. Quæ ſint regalibi. multarum pœnarumq; compendia.* E. *in vaſallum non tranſit, niſi nominatim fuerit conceſſum.* Rſp. *Fach. d. loco.*

XXX.

Hactenus quæ res in feudum dari poſſint, nunc quæ non poſſint breviter videbimus.

Quæ res nõ poſſint infeudari.

XXXI.

Dari autem non poſſunt quædam ob ſui naturam, quædam ob Juris diſpoſitionem. Ob ſui naturam res mobiles in feudum dari nequeunt, quià feudum in rebus mobilibus conſtitui nequit.

XXXII.

Acceſſoriè tamen & in conſequentiam rerum immobilium res mobiles venire non negamus.

Puta ſi quis alteri feudum vel arcem cum animalibus & pecoribus ibidem exiſtentibus in feudum concedat. Et hoc caſu vaſallus teneatur in locum demortuorum vel inutilium animalium alia ſubſtituere. l. Getus. 75. §. fin. cum l. ſeq. ff. de uſuf. Schrad. par. 3. c. 1. n. 16. & ſeqq. Vult. d. c. 5. n. 10. Borch. d. c. 6. n. 9.

XXXIII.

Ob Juris diſpoſitionem in feudum concedi nequeunt res ſpirituales vel ſeculares.

XXXIV.

Spirituales, ut res Eccleſiæ deſtinatæ divinis uſibus, cujusmodi ſunt res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ, niſi in caſibus, in quibus ipſarum alienatio permittitur, aut ſi fortè profanis adhærent, vel cum univerſitate tranſeunt.

Cum enim fundus venditur, in quo locus ſacer vel religioſus eſt, locus ipſe ſimul quoq; venditus intelligitur. l. hanc legem. cum duab. ſeqq. ff. de contrah. empt. Item jus patronatus quamvis per ſe vendi non poſſit, cum ſit ſpirituali annexum. c. de jur. Ext. de jur. patron. tamen in conſequentiam alterius rei, cui accedit, recte venditur. c. ex literis. Ext. eod. Zas. par. 4 in pr. Vult. d. loco. n. 11. Borch. d. c. 6. n. 9. Schrad. d. par. 3. c. 1. n. 1. Blanc. lib. 1. de feud. c. 6. n. 13.

XXXV.

Itèm decimæ post concilium Lateranense de novo Laicis infeudari non possunt.

c. ad hæc. c. quamvis. c. prohibemus. Ext. de Decim. Blanch d. c. 6. n. 21.

XXXVI.

An igitur Laicus de re Ecclesiasticâ vel Decimis ante d. concilium Lateranense investitus alium Laicum subinfeudare possit? Aff.

per c. 1. in pr. Episc. vel Abbat. Obst. verò c. prohibemus. 19. Ext. de Decim. c. 2. §. sanè. de Decim. in 6. c. cum Apostolica. De his quæ fiunt à maj. ubi quidem non sunt adempta Laicis Decimæ, quas possident, sed interdictum est, ne eas imposterùm acquirerent. Deindè etiam prohibitum est, ne Laici tenentes decimas in alios transferrent. Ry. Duar. de feud. c. 5. n. 7. & Niel. disp. feud. 1. th. 4. lit. a.

XXXVII.

Res seculares alienari prohibitæ publicæ vel privatæ sunt.

XXXIIX.

Publicæ, quæ in usu publico habentur, ut Campus Martius, Theatrum, forum, basilica, & similia.

c. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. 2. F. 3. l. 72. §. fin. ff. de contrab. empt.

XXXIX.

Privatæ, ut bona minorum vel furiosorum sine decreto non alienanda.

l quæ tutores. C. de administ. tut. tot. tit. C. de præd. sine decr. non alien.

XL.

Itèm bona uxoris dotalia (a), & filiifam. in quibus pater usumfructum á lege habet (b).

a) §. 1 Inst. Quib. alien. lic. vel non. b) §. quod nobis. Inst. per quas person. cuiq. acquir. l 6 §. domini. C. de bon. quæ lib.

XLI.

Ità etiam non possunt res extra familiam per testamentum alienari prohibitæ in feudum concedi.

l 114. §. Dibi. 14. & §. seq. de Leg. 1. l 69 §. fratre. 3. l. 77. § 27. de Leg. 2.

XLII.

Et quemadmodum quæ lege alienari prohibentur, in feudum dari non possunt, ità non rectè in feudum dantur, quæ statuto vel consuetudine prohibita sunt alienari; quià quæ consuetudine prohibentur, jure civili prohibentur.

Borch. d. c. 6. n. 10. Zas. par. 4 n. 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0062
DFG

Disputatio IV.

DE REGALIBUS.

RESPONDENTE

HENRICO CAYCOVIO
Stet. Pomer.

CONTINVATIO.

REgalia in feudum dari posse suprà disputatione præcedenti generaliter dictum est, cùm verò hæc sit ampla & jucunda materia, ideò eam præsenti disputatione latius nonnihil tractandam esse necessarium duximus.

Thesis I.

Regalia dicuntur à Rege, qui jure feudali plerumquè intelligitur Imperator, nam & moris est, ut prius creetur rex Romanorum, ac posteà Imperator inauguretur. *Notatio.*

ut apparet ex usu, historiis, & habet aurea bulla Caroli IV. tit. 1, 2. & passim. Dd. in c. 1 Quæ sint regal. Rosenth. c. 5. n 3. Vult. 1. F. 5. n. 6.

II.

Sunt autem Regalia (ut describendo ea delineemus) Jura Imperatori seu supremo principi, ejusquè fisco, cuivè Imperator ea expressè vel tacitè habenda dedit, in signum supremæ præeminentiæ, in immensi laboris præmia, ad imperii dignitatem, majestatem & utilitatem ejus conservandam concessa & competentia. *Definitio.*

Bald. Andr. de Isern. Alvar. Laud. Præs & Matth. de Afflict. in c. 1 Quæ sint Regal. Borch. in explicat. d. tit. Quæ sint regal. n. 2. Rosenth. c. 5. concl. 1. n. 2. Vult. 1. F. 5. n 7. Schon. disp. 4. th. 3.

III.

Hæc Regalia vulgò distinguuntur in Majora & Minora. *Divisio.*

Borch. d. l. n. 3. Vult. d. n. 7. Montan. 5 F. 7. Rosenth. d. c. 5. concl. 2. n. 1. Sonsb. par. 8. n. 19.

I. Majora

IV.

Majora. Majora possunt dici, quæ ad supremam principis (per quem omnem superiorem non recognoscentem secundum hodierna tempora intelligimus (a)) authoritatem, dignitatem & præeminentiam pertinent (b).

a) *Nam ei regalia competere experientia testatur & communiter â Dd. receptum est, Sixtin. in d.c. 1. Quæ sint regal. cum quilibet rex dicatur monarcha in suo regno. c. scitote. 6. q. 3. Et plus juris habeat rex in regno quàm Imperator in imperio, quià imperium non transit ad filios. c. Venerabilem de Elect. regnum verò transit ad filios. c. grandi. De supplend. neglig. prælat. in 6. Schneid. par. 2. n. 95.* b) *Montan. d. loco. Peregr. de Jur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 9. Vult. d. c. 5. n. 7.*

V.

Qualia sunt regales dignitates conferre, Ducatum, Marchionatum, Landtgraviatum, Comitatum, Baronatum erigere, & tribuere.

c. 1. Quis dic. dux March. com. ubi Alb. n. 2. Afflict. n. 1. & 2. Zas. par. 5. n. 11. Borch. d. loc. n. 4. Rosenth. d. c. 5. concl. 2. n. 3 Vult. d. n. 7.

VI.

Extra legitimum matrimonium susceptos legitimare (a), famæ restituere (b).

a) *Nob. 89. c. 1. Schneid. par. 2. n. 97.* b) *l. 1. in fi. ff. de quæst. l. 1. & ibi Dd. C. de sentent. pass. l. 1. ff. de natalib. restit. Vult. d. n. 7. Rosenth. d. concl. 2. n. 4.*

VII.

Item leges universales ferre (a), easque interpretari (b), Comites palatinos facere (c), veniam ætatis concedere (d), Nobilitare (e), Universitates seu generalia studia erigere (f), Magistratus creare (g), bella indicere (h), in arrogatione authoritatem interponere (i), Doctores, Licentiatos, Magistros, Pœtas, tabelliones creare (k).

a) *§. sed & quod principi. Inst. de Jur. nat. gent. & civ. l. fin. §. 1. ibi, si enim in præsenti. C. de Legib. Lege enim Rhegiâ populus hanc potestatem in Imperatorem transtulit. l. 2. §. exactis. ff. de orig. Jur. Bodin 1. de Repub. 10.* b) *l. fin. §. 1. C. de LL. ubi dicitur leges interpretari solo dignum imperio esse oportet.* c) *Ferrar. Montan. lib. 5. feud. c. 7.* d) *l. fin. C. de his qui ven. etat.* e) *Nob. 74. c. 1. & 2. in pr. Dd. in l. 1. ff. de natal. restit. Vult. d. n. 7.* f) *Zas. par. 5. n. 14. Ferrar. Mont. Vult. Rosenth. dd. loc.* g) *Sonsb. par. 8. n. 19. Seyssel. in rubr. Qui feud. dar. poss. Zas. d. n. 14. Peregr. de jur. fisc. c. 1. n. 10.* h) *l. 3. ff. ad*

Leg.

Leg. Jul. Majest. l. 1. C. ut armorum usus institio prine. interd. sit. lib. 11. (i) *Borch. d. c. 1. Quæ sint regal. n. 4. Angel. in §. adoptio. n. 4. Instit. de Adopt.* k) *Rosenth. d. c. 5. §. 3.*

III.

Hìc quæri potest, an ex cursu temporis immemorialis etiam regalia tàm majora quàm minora contra Imperatorem præscribi possint? Aff.

1. *Quià talis præscriptio habet vim privilegii à principe expressè & ex certâ scientiâ constituti. l 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiv. II. per text. ing. in c. super quibusdam. 26. vers. præterea, ibi, vel ex antiquâ consuetudine à tempore, cujus non exstat memoria introducta. Ext. de V. S.* III. *Quià quicquid potest princeps, id etiam potest consuetudo arg. l. 1. §. fin. ff. de aqua & aq. plub. arc. Jam autem dubium nullum est, quin princeps alicui regalia concedere possit.* E. *& idem consuetudo poterit:* Et *hanc sententiam communem fatetur Jas. in l. imperium. 3. n. 20. ff. de Jurisdict. Didac. Covar. in relect. c. possessor malæ fidei. §. secundus. n. 12. Oldr. cons. 172. Bellon. cons. 28. n. 12. Schurf. cons. 83. n. 9. cent. 2. Hen. God. cons 3. n. 8. & 9. Decia. resp. 24. n. 112. & seq. vol. 1. VVes. cons. 45. n. 22.*

IX.

Nec in illâ immemoriali præscriptione principis scientiam & patientiam necessariam esse putamus.

gl. & Angel. in d. l. 3. §. ductus aquæ. Bald. in d. c. 1. n. 3. Quæ sint Regal. Salyc. in l. 2. C. nob. vectig. Jacob. de Feud. sup. verb. cum mero & mista. n. 10. Felin. in c. de quarta, col. pen. & c. cum nobis col 1. de præscript. & hanc esse communem testatur Alex. cons. 6. n. 4. lib. 1. & Tiraq. de habilit. c. 14. n. 4. Æymon. Grabet. de antiq. temp p. 4. §. absolutis differentis. vers. quarto quæro. n. 14. Balb. de præscript. 1 p. 5. pr. n. 24 Borch. d. loc. n. 15. Nec movet, *quod in acquirendis Juribus incorporalibus, quorum usui & exercitio jus resistit, exigatur scientia principis, aut ejus, qui eum usum permittere possit.* Quià *si fortassis principis scientia necessaria sit, ea præsumetur ex tanti temporis usu, simul & aliquot conjecturis, quæ huic præsumptioni suffragentur.*

X.

In generali verò concessione feudi, vel per verba generalia facta an veniant regalia dubitatur? Negativæ subscribimus.

1. *Quià quæ quis in specie verisimiliter non erat concessurus, non veniunt in generali concessione. c. in generali. De Reg. Iur. in 6.* II. *Quià si Vasallus alienando generaliter bona sua non intelligitur alienasse feudum nisi de eo specialem mentionem faciat, c. 1. §. in generali. Si de feud. defunct.*

cont. 2. F. 26. Multo minus in generali concessione feudi Regalia unà conceduntur, quemadmodum enim Vasallus feudum tanquàm regale in generali bonorum alienatione sibi reservat, ità & Imperator regalia, quæ tantum ad illum spectant, sibi reservare verisimile est. III. per c. quod translatione. 4 Ext. de Offic. Legat. ubi pontifex rescribit, licet in regno Siciliæ generalis sit tibi commissa legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum privilegij singularis sunt tantum summo pontifici reservata. E. nec generali concessione feudi regalia concessa videntur. Nec Obst. Quod in alienatione universorum bonorum veniant jura patronatus, nisi speciliter excipiantur. c. cum seculum. & c. ex literis. Ext. de jur. patron. & glos. in l. si operarum. ff. de oper. libert. E. & generali feudi concessione regalia venire concludendum erit. Resp. enim, quod quædam sint, quæ transeant cum universitate bonorum, de quibus in l. quædam. 62. ff. de acquir. rerdom. & jus patronatus est de illis. Feudum autem non intelligitur transire in dubio, cum alter etiam habeat jus in re, ut notatur in c. cum Bertholdus. Ext. de re judic. Et quià non est verisimile, ut sibi quis præjudicet in tali feudi alienatione: Videmus quoq; in Decimis & Iuribus spiritualibus si aliquis vendat villam, vel donet cum omnibus Iuribus suis, quæ ibi habet, non tamen censisse intelligitur de Decimis. II. Obst. Qui generaliter vendit omnia sua bona, nihil excipit. E. totum comprehendere videtur, aliàs sequeretur, si diceremus contrarium, quod venditor posset semper dicere se non vendidisse nisi unum cespitem terræ; Atq; ità per consequentiam idem de generali feudi concessione & regalibus dicendum est. Rq. Alvar. in c. 1. §. in generali, not. 2. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. III. Obst. Quod beneficta principum quàm plenissimam recipiant interpretationem. l. 3. ff. de Constit. princip. l. 2. C. de bon. vacant. Rq. Niel. disp. 4. th. 2. lit. d. in fi.

XI.

Minora. Minora regalia, quæ magis in reditu ac fructu consistunt (a), sunt jura fiscalia seu fisco Imperatoris competentia (b).

a) Minora enim regalia utilitatis, Majora dignitatis Imperij appellantur, & majora honorem potius & onus habent quàm aliquod commodum & utilitatem. b) tot. tit. ff. de Jur. fisc. Borch. d. loco. Peregr. de Iur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 1. Fiscum autem solus Imperator primitus habet, gloss. & Bart. in rubr. C. de Jur. fisc. lib. 10. Bald. in c. 1. §. ad hæc. De pace Iuram. firm. Peregr. d. loc. n. 4. reliqui verò duces, Marchiones, Comites & civitates non

nisi

nisi ex privilegio vel præscriptione seu consuetudine Bald. & Dd. in d. c. 1. Quæ sint Regal. & l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiv. Aegid. Boss. tit. de fisc. & ejus privil. n. 7. & 8. Bertrachin. de gabel. p. 1. n. 13.

XII.

Et putantur esse ea, quæ enumerantur ab Imp. Friderico in sæpius d. c. 1. Quæ sint Regal.

Borch. d. loco. n. 5. Vult. n. 7. Montan. 5. F. 7. Inveniuntur tamen & alia, quæ minoribus regalibus, nec tamen in d. c. 1. recensita, annumerantur, Cui. ad d. c. 1. Vult. d. n. 7. Heig. par. 1. quæst. Jur. Civ. & Saxon. c. 15. n. 45.

XIII.

Cum tamen quædam inibi recenseantur, quæ majoribus potius quàm minoribus adjicienda videntur (a), ut jus cudendæ monetæ (b), Jus constituendi magistratum (c), & alia.

a) Sixtin. in tract. de regal. c. 2. n. 32. b) arg. l. 2. ibi, cujus obnoxij majestatis crimen committunt. C. de falsi. monet. Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. monetæ. n. 1. & 2. Quæ sint regal. c) l. 1. ff. ad Leg. Iul. de ambit. & ibi not. Boss. de monet. in pr.

XIV.

Idem de extraordinariâ collatione ad felicissimam regalis muneris expeditionem, zu einem Romer zug / statuendum esse arbitratur.

Rosenth. d. c. 5. concl. 3. in fi.

XV.

Cum verò grave crimen committere dicatur, qui falsam monetam cudit, quæritur quâ pœnâ afficiendus sit?

Olim Lege Corneliâ de falsis puniebatur. l. qui falsam. 19. ff. ad Leg. Cornel. de falsi. Hodiè verò pœnâ ex Impp. constitutionibus exasperatâ flammarum exustionibus mancipatur. l. 2. C. de falsi. monet. Carol. V. in der peinlichen Halsgerichtsordnung. art. 3. in pr. Ferrar. Mont. d. lib. 5. c. 7. vers. monetam dicimus. I. Obst. *l. quicung. §. ff. de Leg. Cornel. de falsi.* R. *Afflict. in c. 1. verb. monetæ. Quæ sint regal.* II. Obst. *l. 1. vers. sin verò longissimè. C. de falsi. mon. ubi monetæ adulteratores solum capitali supplicio, adeoq. non pœnâ ignis plectuntur.* R. *Decia. in tract. crim. lib. 7. c. 23. n. 19. Cujus solut. improbat, & aliter* Resp. *Harpr. in §. item lex Cornelia de falsis. n. 45. Inst. de public. Iudic.*

XVI.

Quod tamen non procedere putamus in eo, qui monetam reprobatam & minimè expendibilem fabricavit, is enim non punitur pœnâ mortis, sed solum pœnâ arbitrariâ.

Menoch. 2. de arbitr. Iudic. quæst. cent. 4. cas. 316. n. 19. Alex. consil. 121. n. 3. lib. 7. Covar. de collat. veter. numismat. c. 8. n. 3. in fi.

XVII

Nec in eo, qui adhuc non perfecit, sed solum aliquid egit & tentavit, ut si adhuc imaginem & formam non impressit, nam is pœnâ mortis non punitur, sed aliâ mitiori arbitrio judicis.

gloss. in l. quicunq; ff. ad leg. Cornel. de falsi. Menoch. d. loc. n. 24. d. l. qui falsam. 19. ff. ad Leg. Corn. de falsi. ubi Marsil. n. 60. Gram. decis. 74. n. 29. & 30. Paris. cons. 169. n. 24. lib. 4.

XIIX.

Ità hæc pœna non obtinet in eo, qui ob ætatis imbecillitatem excusari meretur, ut in impubere doli non capace (a), alioqui si capax est, punitur, sed mitiori pœnâ extraordinariâ (b).

a) l. 1. §. impuberes. C de falsi. monet. b) l. impuberem. 22. in pr. ff. ad leg. Iul. de falsi. l. 2. §. bi bonorum. 19. ff. bi bon. rapt. l. beredibus. 13. §. fin. & l. seq. ff. de dol. Menoch. d. cas. 316. n. 21.

XIX.

Armandiæ. Primò autem in d. c. 1. inter regalia referuntur Armandiæ, quod vocabulum variè varii explicant (a), verior tamen videtur opinio illorum (b), qui per illud fabricas & publica armamentaria intelligi scribunt, hæc enim princeps Romanus sibi soli vindicavit.

a) Alij enim exponunt littora publica, quæ ità dicta esse putant ab ariditate, Alii interpretantur vectigal, quod ex armentis animalium solvitur. Alvar. Bald. Præpos. in d. c. 1. Quæ sint Regal. ex eo quod partim inter pascua publica Iuris, partim ad tuitionem principum atq; comitum enutriuntur. Ferra. Mont lib. 5. c. 7. Alii dicunt esse vectigal, quod penditur ex licentiâ arma fabricandi. Matth. de Afflict. & Andr. de Iser. in d. c. 1. b) & horum sententiam verissimam esse testatur Menoch. cons. 298. n. 17. vol. 3. Borch. in d. c. 1. n. 21. Cujac. lib. 5. feud. rubr. alia de jure fisci. arg. l. un. C. ut arm. usus. lib. 11. Nov. 85. c. 1. ubi Iustinianus constituit, ut soli Fabricenses arma fabricent, eaq; fabricata in armamentarium reponant, nec privatis vendant.

XX.

Viæ publicæ. Sequuntur viæ publicæ, quæ aliàs viæ Basilicæ sivè regiæ, vel prætoriæ, vel consulares Käyserliche freye heer oder Reichsstrassen / Item Offenstrassen vel Landtstrassen nominantur, quas à latronibus, furibus plagiarijs & prædonibus securas & purgatas teneri convenit.

l. 2. §. Viarum. 22. ff. Ne quid in loco public. l. 3. l. congruit. 13. ff. de offic. præsid. l. 2. §. 4. & 9. C. de offic. præfect. præt. Afric. l. 1. §. summa cum utilitate ff. de his qui effud. vel dejec. Borch. d. c. un. n. 27. *Gail. 2. obs. 64.*

XXI.

Si quis itaquè in viâ publicâ spolietur, an dominus loci, qui ibi regalia habet, & ad quem viæ protectio pertinet, teneatur illi damnum resarcire? Id affirmare communiter Dd. non dubitant, maximè si vel pedagium vel vectigal eâ gratiâ sit depensum.

Quià ad officium principis pertinet provinciam suam purgare malis hominibus d. l. 3. & l. 13. ff. de offic. præsid. & ideò dispositos milites stationarios habere debet ad tuendam popularium quietem & ad referendum sibi quid ubiq; agatur. l. 1. §. quies. ff. de offic. præfect. urbi. Borch. *in d. c. 1. Quæ sint Regal. n. 28.* Rosenth. *c. 5. concl. 22.* Matth. *de Affict in d. c. 1. verb. viæ publicæ. n. 14.* Schneid. *p. 2. n. 113.* Gail. *2. obs. 64. n. 4. & lib. 2. de pac. pub. 1. n. 15.* VVesenb. *in par. ff. de public. n. 14. Cæpol. de servit. rustic. præd. cap. 3. n. 50.* Zas. *cons. 14. & seq. vol. 1.* Mynsi. *cent. 5. obs. 70.*

Sed ab his Dd. firmis suffulti Iuris rationibus non immeritò divertimus. I. *Quià nulla est obligatio, nisi quæ jure aliquo vel civili vel prætorio cõstituta vel cõprobata sit §. omnium autem. Inst. de Obligat. l. 6. ff. de pact. Atqui nullâ lege, nullâ constitutione, nullo Prætoris edicto constitutam legimus vel comprobatam obligationem aliquam in principem aliumvè dominum, in cujus territorio prædones iter facientibus aliquid per vim abstulerunt, ad damnum illud eis resarciendum. Id ergò sine lege affirmandum non erit. l. 5. in pr. ff. de probat. l. illam. 19. C. de Collat.* II. *Quià novâ Imp. Ferdinandi constitutione in Comitijs Augustanis Anno 1559. promulgatâ cautum est, ut domini territoriorum resarciant damnum spoliatis eo casu,* quo ipsis salvum dederunt conductum, Reichs abscheidt zu Augspurg. *Anno 1559. f.* damit den die Obirgkeit. *cujus verba hæc sunt:* Setzen ordnen vnnd wollen / wofern von Churfürsten/Fürsten/Ständen/oder einiger Oberkeit/die sey wer sie wolle/jemands geleidt gegeben/ vnd derselbig darüber auff derselbigen Churfürsten/ Fürsten/ Stände oder Oberkeit Geleidtstrassen thetlich angriffen vnd beschedigt/ das der Standt/so solch Geleidt gegeben/nach gestalt solch Geleidts dem Beschedigten seines Schadens erstattung zuthun schuldig sein solle. *Ex hac ergò constitutione apparet, extra casum in eâ definitum nulli spoliato ad resarciendum illud damnum territorii dominum esse obligatum. Est enim hæc constitutio conditionalis, ut arguit dictio* Woferr: *quicquid autem sub con-*

conditione disponitur, sub contrariâ conditione pro non disposito habetur. l. quibus. 40. §. 2. & l. aliquando 107. de Condit. & demonst. l. 7. ff. de contr. empt. Et cum hæc constitutio sit nova, strictè est accipienda, nec ad alium, quam de quo loquitur, casum extendenda. l. præcipimus. 32. §. ult. C. de appellat. Nec movet ratio à contrarium statuentibus allata, illi enim ut & alijs satisfacit Bocer. de Regal. c. 2. n. 158. & seq.

XXII.

Et hoc casu, quo salvus conductus datus est, tenetur dominus, si spoliatus à viâ publicâ non deflexerit, aliàs enim non tenetur.

arg. l. 1. §. parvi autem refert. 2. ff. de his qui effuder. vel dejecer. Rosenth. d. c. 5. conct. 22.

XXIII.

Cognitionem verò in viâ publicâ interfecti ad dominum viæ, non verò ad nobilem ibi feudum cum mero & mixto imperio possidentem itidem concludunt Dd.

Schneid. d. p. 2. n. 102. & in §. fin. n. 7. & 8. Inst. de Iur. natur. gent. & civil. Beust. in l. admonendi. de Iurejur. Borch. d. c. 1. n. 26. A quibus etiam propter sequentes rationes recedimus. I. Quiâ præsides provinciarum, ad quos merum imperium in totâ provinciâ pertinebat l. 3. & 4. ff. offic. præsid. provinciæ, quas regebãt, malis hominibus purgare, sacrilegos, latrones, plagiarios, fures, alios q; scelerates homines in totâ suâ provinciâ conquirere, & prout quisq; deliquerit, in eum animadvertere & coercere tenebantur d. l. 3. & 4. & l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. præsid. Idem quoq; incumbebat proconsuli in suâ provinciâ. l. 7. §. ult. & l. seq ff. de offic. proconsul. ut & præfecto urbi non modo intra urbem, sed & extra eam quousq; Iurisdictio ejus se porrigebat, id est, intra centesimum milliarium l. 1. in pr. & §. initio. 4. & §. quis. 12. ff. de offic. præfect. urbi. Nec distinguitur prædictis locis via publica à quovis alio provinciæ aut territorii loco. Bocer. d. c. 2. de regal. n 145. vers. videamus ergò. II. Quiâ magistratus cujusq; loci intra suos fines terrendi, id est, submovendi jus & potestatem habet, l. pupillus. 239. §. territorium. ff. de V. S. Et quiâ territorii cujusq; magistratus Iurisdictionem habet in prædiis viæ publicæ vicinis & confinibus, certè eandem quoq; Iurisdictionem in ipsis viis publicis habere existimandus est, tum quiâ si via publica fluminis impetu vel ruinâ amissa sit, vicinus proximus de fundo suo viam præstare tenetur. l. si locis. 14. §. ult. ff. Quemad. servit. amitt. tum etiàm quiâ & ipsa via publica fundi vicini esse dicitur. l. Attius. 38. in fi. ff. de acquir. rer. dom. III. Quiâ

Præto-

prætoris jurisdictio civilis extendit se quoq; ad ea, quæ in viis publicis fiunt. l.2.§.ait Prætor.20.& §.prætor ait.35.& § ult.ff. Ne quid in loco pub. & l. 1. ff. De viâ public. Quocirca & ille magistratus, ad quem criminalis pertinet Jurisdictio in districtu vel territorio aliquo, habebit quoq; cognitionem & coercitionem criminis, quod est in viâ publicâ infra territorium illud commissum. l. 1. §. solent ad præfectum. 7. ff. de offic. præfect. urbi. l. 3. §. Sed si non latitet. 15. ff. de suspect. tutor. Bocer. d. c. 2. n. 145. in fi.

XXIV.

Flumina publica navigabilia & ex quibus fiunt navigabilia, usu tamen eorum manente publico, navigatione puta, piscatione, & si quæ similia his reperiantur. *Flumina publica.*

arg. l. riparum. 5 ff. de rer. divis. Rosenth. d. c. 5. concl. 23. n. 1. Roland. à Valle. cons. 97. in 3. vol. Borch. d. loco n. 30. Nec obst. quod flumina jure gentium publica esse dicantur. §. flumina. Inst. de rer. divis. id est, quoad usum esse omnium, quoad proprietatem ejus populi ubi sint flumina. Resp. enim Borch. d. loco.

XXV.

Undè cuilibet licet iis uti, modò sine injuriâ alterius id fiat.

l. riparum. de rer. divis. § flumina § riparum. Inst. eod. l. 1. ff. de fluminib. l. 1 ff. ut in flum. pub. navig. lic. Sixtin. de Regal. c. 5. n. 26. Nec obst. d. c. 1. ibi, piscationum. Quæ sint Regal. ubi videtur probari quod piscationes sint Cæsaris. E. jus piscandi non est commune omnibus. Quia textus ibi intelligi debet de reditibus publicis piscationum, veluti si princeps exigeret publicum vectigal de istis piscationibus, nam tales reditus sunt Cæsaris. l. inter publica. 17. §. 1. ff. de V. S.

XXVI.

Proindè adversus eos, qui obstant, quo minus in fluminibus publicis hic usus liber sit, interdictum competit.

d. l. 1. ff. de fluminib. l. 1 ff. Ne quid in flum. public. & d. l. 1. ff. ut in flum. public. navig. lic. Sixtin. d. c. 5. n. 27.

XXVII.

Portus, qui est locus conclusus, quo merces importantur & indè exportantur, item statio conclusa atq; munita, quod naves ibi tutò stare possint. *Portus.*

l. portus. 59. & ibi not. ff. de V. S. Cæpol. de servit. rust. præd. c. 28. Rosenth. d. c. 5. concl. 31. n. 1. Borch. d. loco. n. 38. Et quamvis portus publici sint, & proprietas ejus populi, ubi sunt portus, Imperator tamen non minus circa portus quàm circa flumina disponere potest, & ob id portus inter regalia referuntur. Borch. d. loco. n. 39.

XXIIX.

Crebrius tamen existimant interpp. per portum hîc intelligi vectigal, quod pro transitu in portu, seu pro his, quæ in portum vel ex portu trahuntur, solvitur.

Andr. de Isern. in d. c. 1. n. 9. Quæ sint regal. Alvar. ibid. n. 2. & Matth. de Afflict. in verb. portus. n. 1. Borch. n. 41. Rosenth. d. concl. 21. lit. d. Cæpol. d. c. 28. n. 2.

XXIX.

Navem vi tempestatis in portum rejectam, vel metu hostium eo delatam, gabellam jus anchorarii sive vectigal non tenere solvere hic concludimus.

Cum Bart. in l. 1. C. de naufragiis lib. 11. & Bald. ibid. arg. d. l. 1. & l. Cæsar. 15. & l. ult. §. si propter necessitatem. 8. ff. de Publican. & Vectigal. Matth. de Afflict. in d. c. 1. verb. Vectigalia. n. 57. Quæ sint regal. Rosenth. c. 5. concl. 47. n. 7.

XXX.

Ripatica. Ripatica, per quæ Dd. intelligunt vectigalia pro transitu riparum solvenda,

Borch. d. loc. n. 47. Rosenth. concl. 32. Andr. de Isern. in d. c. un. ubi & Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. Vult in d. c. 5. n. 7. verb. ripatica. Alii accipiunt ripatica pro traiectus jure & naulo, quod ab iis, qui flumen transmittunt, exigi solet. Montan. 5. F. 7. §. sunt & riparum commoda. Peregr. lib. 1. tit. 1. n. 24. accipit ripatica pro omni jure publico, quod princeps habet in ripis fluminum publicorum, vel respectu vectigalium, vel respectu aggerum, vel etiam respectu juris transvetandi de ripâ ad ripam.

XXXI.

Vectigalia. Inter Regalia quoquè in d. c. 1. maximè relucent vectigalia (a), quæ vulgò dicuntur telonia (b), Quorum alia licita, alia illicita sunt (c).

a) d. c. 1. verb. Vectigalia. quæ interdum minoribus annumerantur regalibus, interdum majoribus. Minoribus annumerantur, quando ad Imperatoris fiscum pertinent. l. 17. §. 1. ff. de V. S. l. 1. §. 1. ff. de publican. & vectig. l. un. de loc. pub. fruend. Majoribus annumerantur, quo ad potestatem tribuendi principi, Comiti, Baroni, Nobili aut Reipublicæ alicui vectigal, hanc enim potestatem solus Imperator concedere potest, non alius quisquam. l. Vectigalia. 10 ff. de publican. & vectig. l. 3. & tot. tit. C. Vectigal. nov. instit. non poss. Sixtin. c. 8. de Regal. n. 38. b) Sic Matthæus Evangelista sedebat ad telonium. Matth. de Afflict. in d. c. 1. ad verb. Vectigal. vult, quod telonium dicatur à tollo, quod tollatur octava pars ejus, quod vehitur, quem respondit Sixtin. in tract. de regal. c. 8. n. 6. rectius dicitur à Græco nomine

τελῶ.

vel Θ, quod inter cetera vectigal significat, unde τέλωνες sive reliqua appellantur, qui vectigal exigunt. Alias appellantur Gabellæ à Gall. Gabe, Da læ Italis Daces à d., Gaidagia passagia a Gallis guider, *id est, ducere, &* passage, *id est via & semita. Frid. Mind. lib. de Mandat. c. 43 n. 3 in fi. c) t. t. ff. de publican & vectigal. t. t. C. de vectigal. & commiss & t. t vectig. nov. instit. non poss.*

XXXI.

Licita sant, quæ à principe ex rationabili & justâ causâ, puta ob utilitatem publicam constituta, vel antiquâ consuetudine soluta sunt.

d. t. t. ff. de public. & vectig. l. 1. & 3. C. de vectigal. l. 9. §. earum ff. d. t. Frider Minda. lib. 2. de Mandat. c. 43 n. 3.

XXXIII.

Illicita contrà, quæ ab aliis, quàm à quibus iure possunt, de novo instituuntur, & quæ á personis & rebus exemptis & privilegiatis exiguntur.

l. 3. C. vectigal. nov. instit. non poss. Nov. 43 c. 1. §. 1. in ff. ad Leg. Jul. de vi public. Mindan. d. loco. c. 42 n. 6. & 9. Hæc non solventes, non solum res non professus non amittunt, sed nec coram Deo, nec hominibus delinquunt, hoc est, nec in judicio fori nec poli obligantur, neq; conveniri possunt. Cum alias vectigalia legitimè constituta fraudans, non minus coram Deo ad solutionem teneatur, quod ad exonerationem conscientiæ suæ, quàm si rem alienam abstulisset. fac. d. l. vectigalia. 2. & l. non solent 3. C. nov. vectig. instit. non poss. l. vectigalia. ubi Bart. in pr. C. astr. n. 1. & Bald. ff. de publican. & vectig. id quod sequitur Bertrachin. de gabel. p. 9. n. 1. & passim. Mynsi. obs. 29 cent. 5. Gregor. Tholosan in syntag. Juris univers. lib. 3. c. 3. n. 11. ubi exempla rebellantium ob vectigalia nova & tyrannica refert.

XXXIV.

Nova verò vectigalia princeps saltem constituendi jus habet, & qui superiorem non recognoscit.

l. 1. & 3. C. de vectigal. Roland. à Vall. cons. 91. n. 22. & seqq Borch. d. c. un. n. 46. Seysel. ad tit. Qui feud. dar poss. vers. nam quædam. Sichard. ad tit. C. nov. vectigal. instit. non poss. n. 3. Schrad. p. 3. c. 4. n. 4. Frid. Mind. d. c. 42. in pr. Bart. in d. l. vectigalia. ff. de publican & vectig. Et volunt DD. quod nec princeps supremus ea licitè instituat nisi justa subsit causa, alioquin enim graviter eum peccare & rapinam committere tradunt. Andr. de Isern. in d. c. 1. n. 15. Matth. de Afflict. ibid. in verb. vectigalia. n. 3. & seqq. Innocent. & alii in c. innovamus. De censib. Roland. à Valle. cons. 34. n. 26. & seqq. vol. 3. Mynsi. obs. 31. n. 3. cent. 5. Paris. de Puteo de feud. redint. c. 14. n. 15. Petr. Gregor. Tholosan. in syntag. jur. univers. c. 3. n. 1. lib. 3.

XXXV.

Hodiè tamen ad nova vectigalia constituenda præter Imperatoris authoritatem, desideratur quoq; Electorum consensus.

Reichs Abschied *de Anno 1576. §.* weiters sein wir auch. *& duob. §§. seqq. Bocer. c. 2. de Generib. Regal. n. 184.*

XXXVI.

Nulli igitur ex principibus Imperatorem superiorem agnoscentibus vel aliis imperii ordinibus licet vectigalia nova propriâ authoritate instituere.

l. 2. & 3. C. nov. vectig. instit. non poss. l. vectigalia. 10. ff. de publican. & vectigal. Mynsi. cent. 5. obs. 29. n. 2. Sixtin. d. c. 8. n. 14. Bocer. d. c. 2. n. 183.

XXXVII.

Imò nec vetera quidem vectigalia reformare & augere sine Imperatoris permissu.

d. l. vectigalia. 10. ff. de publican. & vectig. l. 3. C. vectigal. nov. instit. non poss. c. prohibemus. 7. & ibi Dd. Ext. de censit. VVesenb. consil. 46. n. 45. Nam quatenus vectigalia antiqua augentur, eatenus nova sunt. & pari passu cum novis ambulant. Salicet. in l. 2. C. nova vectigal. Bertrachin de gabel. in pr. n. 17. Ferret. in simili tractatu. n. 84. Molin. in addit. ad Dec. cons. 4. in verb. nunc duc. Roland. à Val. cons. 42. n. 12. vol. 3.

XXXIIX.

Quamvis magistratus privatâ authoritate ex vi Jurisdictionis pro usu Reipublicæ in civitatibus pro frumento, cerevisiâ aut aliis mercibus instituere possit tributa, quæ propriè assisiæ vocantur.

Apud nos Zise/Assise oder Accise *l. vectigalia. 10. C. de vectigal. & commiss. God. cons. 2. n. 9. Frider. Mindan. d. c. 42. n. 3. in fi.*

XXXIX.

Qui verò nova vectigalia sine Imperatoris permissu instituunt vel illicita exercent, Lege Juliâ ambitus, & de vi publicâ & læsæ majestatis tenentur.

l. un. § item is. 3. ff. de Leg. Jul. ambit. l. ult. ff. ad leg. Jul. de vi public. l. 3 in fin. ff. ad Leg. Jul. majest. Bocer. d. c. 2. n. 186. Frid. Mindan. d. c. 45. n. 4. Pœnam tamen hanc pro qualitate circumstantiarum arbitrio Judicis moderandam esse censet Mindan. d. c. 42. n. 2.

XL.

Sed hîc non ineleganter quæri potest, an Princeps vel Comes telonium de loco consueto in alium transferre possit? In præjudicium solventium vectigal id licite fieri posse nego.

I. arg.

l. arg. l. si cujus. vers. verùm. ff. de servitut. ubi ille, cujus fundo servitus viæ debetur, per vicinum alterius prædium eò jubetur ire, quò primum viam direxisset, nec amplius illi mutandæ ejus viæ potestas conceditur. II. *Quià in vectigalibus pristina consuetudo spectari jubetur. l. 4. §. ult. ff. de publican. & vectig.* III. *Quià prohibentur vectigalia reformari. l. 10. in pr. d. t.* IV. *Quià translatio illa vectigalis, quæ fit in præjudicium mercatorum aliorumq; transeuntium, difficiliora reddit commercia, cariores etiã ipsas merces facit, & pernitiosos in populo tumultus parit,* verursacht daß die gemeine Gewerb/Commerciẽ/ Victualien vnd alle Handthierung zu noch höherm auffschlag werth vnd thewrung mercklich getrieben werden/auch leichtlich vrsach zur vngedult vnd schädlicher empörung geben. *Vndè meritò hæc translatio etiam prohibita censetur Videatur §.* dardurch dann nicht allein. *&. §. seq. in recessuimperii Ratisbonensi. An. 1576. fol. 36.*

XLI.

Et quamvis Jure communi ex commerciis pars octava pendenda sit (a), tamen in vectigalibus inprimis inspici debet privilegium & concessio, nec non consuetudo (b).

a) l. ex præstatione. 7. C. de vectigal. atq; indè qui conductores vectigalium sunt octavarii appellantur. l. à legatis. 8. C. jam d. t. Sixtin. d. c. 8. n. 79. & seq. Covar. in repet. c. peccatum p. 2. §. 5. n. 1. & seqq. b) l. 4. § in omnibus. ff. de publican. & vectigal. Rosenth. c. 5. concl. 35. Matth. de Afflict. in c. 1. verb. vectigalia n. 29. & n. 111. Sixtin. d. l. co. n. 54. & seq. Boss. tit. vectigaliæ pro quibus rebus solvantur. Alciat. cons. 22. n. 3. vol. 5. Alexand. cons. 104. col. 3. Angel. cons. 49. Didac. Covar. in repetit. c. peccatum. p. 2. §. 5. n. 1. & seqq. ubi dicit apud Hispanos omnium rerum venditarum, sivè mobilium sivè immobilium decimam partem deberi. Ferret. de gabel. n. 236. Rolan. à Val. cons. 34. n. 10. vol. 3. Peregrin. de jure fisci. lib. 6. tit. 5. de conductoribus & emptoribus gabellar. n. 23. vers. item naucleri in fi.

XLII.

Utrum verò, quod tanquam vectigal solvitur, in pecuniâ consistat, an verò ex ipsis rebus sive speciebus præstari debeat scitè hic quæritur? Prius juri & æquitati naturali, & publicæ utilitati conveniens arbitramur.

I. *per l. universi. 5. C. de vectigal. & commiss. ubi dicitur quod pro rebus præstari debeat, aliud igitur quàm res solvitur, cujusmodi est pecunia.* II. *Quià si, exempli gratia, dolia ipsa aperire, & partem vini aut cerevisiæ loco vectigalis ex iis præstare mercatores cogerentur, sequeretur hinc vini*

aut cerevisiæ deterioratio, repletis rursus ipsi cutis aquâ & quidem fœtidis plerumq; aurigarum pileis vel impuris quibusdam vasis; aut ipsis doliis pro parte evacuatis, vinum aut cerevisia hinc inde ad latera concussionem pateretur, & sine periculo vel deteriorationis vini aut cerevisiæ, vel rupturæ doliorum transvehi non posset. Henning. God cons. 7. & 8 Obst. verò quod portorium venalium rerum sit pars earum certa, & quod modus jure Justinianeo d. l. ex præstatione. 7. & seq. C. de vectigal. & commiss. Ry. Bocer. d c. 2. 196. in fi.

XLIII.

A solutione tamen vectigalium quidam immunes sunt, ut illustres, generosi, nobiles, Ambassatores & Legati principum, Cameræ & Parlamentorum assessores, consiliarii, secretarii & similes.

per text. in l omnium. 6. C. de vectigal. & commiss. ubi personæ tantum privatæ vectigalium oneri subjiciuntur. l a legatis. 8. C. eod. Bart. in l. 1. in pr ff. ad Leg. Jul. Majest. quod ità quoq; statutum esse in Ordnung des Regiments Augustæ Anno 1500 fol 41 item VVormaciæ Anno 1571. fol. 116. testatur Frider. Mindan. d. c. 42. n. 6. Obst-verò, quod ne milites quidem, licet multis à jure privilegiis decorati sint, à vectigalium præstatione immunes sint. l. 3. vers. proindè. C. de vectig. & commiss. Ry. Bocer. d. c. 2. n. 198 II. Obst. Quod jus exigendi vectigal sit beneficium aliquod Imperatoris, Imperatoris autem beneficia quàm plenissimè interpretari jubeamur. l. 3. ff. de constit. princip. c. cum dilecti. Ext. de Donat. Ry. Bocer. d. loco. n. 199. vers. nihil quoq; refragatur.

XLIV.

Legati tamen pro rebus, quas deferunt extra causam usus sui, vectigalia pendunt, quas verò à nobis ad suos licitè portant, non subjicimus vectigalibus.

l. à legatis, 8. C. de vectigal & commiss. Rosenth. c. 5. concl 48 Sixtin. d. c 8 n. 70. Peregr. de Jur. fisc lib. 6 tit. 5 n 23.

XLV.

Similiter studiosi, & maximè divinarum & sacrarum legum professores à vectigalium præstatione immunes sunt.

Ex constit. Imp. Friderici in auth habitâ. C. ne filius pro patre. & ibid. Sichar. n. 7. & Pac. c. 5. n. 4. Rebuff. de privileg. schol. pri. 146. n. 2. Bocer. d. c. 2. n. 200. Horat. Luc. de privil. Scholar. 53. 54. & seqq.

XLVI.

Quemadmodum & personæ Ecclesiasticæ,

l. præ-

l. presbyteros 5. & auth. item nulla. C. de Episc. & cleric. c. quanquam. De cens. lib. 6. & clem. præsenti. eod. Bart. in l. 1. n. 42. C. de Mulier. in quo loc. lib. 10. Bertrachin. de gabel. p. 6. q. 7. Natt. cons. 139. n. 1. & seqq.

XLVII.

Et nautæ publicæ annonæ vehendæ causa servientes.

l. omnium. 6. in fi. C. de Vectigal l. 3. C. de Navicul. lib. 11. l. semper. 5. § 3. ff. de Jur. immunit. Peregr. de jure fisc. lib. 6. tit 5. n. 23. vers. item naviculariі. Sixtin. de regal. d. c. 8. n. 66.

XLIIX.

Ità nec earum rerum vectigal, quarum nunquam præstitum est, solvi debet, quod tamen si præstari consuetum est, & indulgenter publicanus exigere omiserit, alius exigere non prohibetur.

l. locatio 9. §. earum rerum. 6. ff. de publican. & Vectig. in Vectigalibus enim consuetudo spectatur. l. si publicanus 4. §. 2 ff. d. tit. Peregr. d. tit. 5. n. 23. vers. item naviculariі.

XLIX.

Sic quoquè vectigal non debetur pro rebus quas Rectores terrarum & provinciarum præsides pro usibus suis & procuratorum suorum avehunt & revehunt.

d. l. si publicanus. §. 1. & Peregri. d. n. 23.

L.

Item res exercitui paratæ vectigalium præstationi non subjiciuntur.

d. l. locatio. 9. §. res. 7 ff. de publican. & Vectigal. Peregrin. d. n. 23 vers. item res exercitui.

LI.

Res quoq; fiscales & fiscus ipse ab omnium vectigalium præstationibus immunis est.

d. l. locatio. 9. §. fiscus. 8. ff de publican & Vectig. Peregrin. d. t. 5. n. 24.

LII.

Ementes tamen â fisco vel principe pro rebus, quas ipsi revendunt, aut alò transportant, tenentur ad solutionem gabellarum.

Dyn. & Bart. in d. l locatio. 9 § debitores ff. d. t. Salye. in d. l. universi. 5. C. de Vectigal. & commiss. Dec. cons. 18. Peregrin. d. tit 5. n. 26.

LIII.

Cibaria quoquè & quæ pro usu victuq; suo quispiam portat vehitve, a vectigalibus immunia regulariter esse debent.

d. l. uni-

l. l. universi. 5. de vectigal. l. fin. §. Dibus. 9. ff. de publican. & vectigal. cum vectigalia propter eas tantum res instituta sint, in quibus mercatores quæstus gratia negotiantur. l. interdum. fin. §. species. 7. & l. 4. §. 1. ff. d. t. Frid. Mindan. d. c. 42. n. 6. in fi. Peregrin. d. n. 23. Sixtin. d. c. 8. n. 81.

LIV.

Sic studiosorum libri & aliæ res, quas studii causâ inferunt, vectigalium oneri obnoxiæ non sunt.

Bart. in l. fin. §. Dibus. n. 2. ff. de publican. & vectig. Bertrachin. in tract. de gabel. p. 7. q. 27. Horatius Lucius. de privileg. scholar. priv. 54. Sichard. ad auth. habita. C. Ne filius pro patre. Frider. Mind. d. c. 42. n. 6. Sixtin. d. c. 8. n. 72. Boer. d. c. 2. n. 203. Diligenter autem hîc notandæ sunt duæ cautelæ. Primò *enim cavere debent studiosi, ne illicitè rebus suis aliquid adjiciant, & sic efficiant, ut fisco omnia vindicentur. l. cotem. 11. §. dominus. ff. de publican, & vectigal. l. 1. C. de navib. non excusand. lib 11. licet æquius & humanius videatur, illicita tantum in commissum cadere ut Bald. not. in l. cum proponas. n. 10. C. de naut. fæn. Sixtin. d. c. 8. n. 77.* Secundò *ne alicubi inter publicanos & aurigas vel nautas transvehentes studiosorum vasa & cistas libris aliisq; rebus eorum refertas contentio existat, prudenter fecerint ipsi studiosi, si aurigis nautisvè literas dederint testimoniales sigillatas à Rectore suo acceptas, per quas fidem faciant publicanis eas cistas & vasa ad se pertinere. Bart. in d. l. fin. §. Dibus. n. 2. ff. de publican. & vectigal. Sichard. ad d. auth. habita. n. 7. C. Ne filius pro patre. Boer. d. c. 2. n. 204.*

LV.

Nemo tamen à professione immunis est, adeò ut si quis res immunes non profiteatur, statim ipso jure earum rerum dominio privetur.

l. ult. §. quoties 3. & §. Dibus. 9. ff. de publican. & vectig. Cujac. 4. obs. 3. Frid. Mind lib. 2. de Mandat c. 43. n. 10 l. commissa. 14. ff. eod. l. 2. C. de vectig. & commiss. Boer. d. c. 2. n. 207. Sixtin. d. c. 8. n. 95.

LVI.

Non tamen omnes omninò res in pœnam commissi incidunt, sed tantum pars ea, quam quis professus non est.

arg. l. Paulus. 8 5. ff. ad SC. Trebel. Rosenth. c. 5. concl. 41. Frid. Mind. d. c. 43. n. 7. & 11. Boer. d. c. 2 n. 209. Non obstante. l. quæ de tota. 76. ff. de rei vindic. ad quam Rr. Frider. Mind. d. n. 11.

LVII.

Etsi verò militis & pupilli quoquè res ob omissam professionem

nem in commissi pœnam incidant, attamen si intra diem trigesimum inferatur vectigal, remittitur eis pœna.

l. 3. l. 7. C. de vectigal. & commiß. l. 2. §. fi. ff. de Veteran. & l. 1. C. eod. l. Imperatores. 7. §. 1. ff. de publican. & vectig. Mindan. d. c. 43. n. 6. Bocer. d. c. 2. n. 218.

LIIX.

Minoris quoquè res ob non solutum vectigal in commissum cadunt, sed is in integrum restitui potest.

l. si ex causa. 9. §. ult. ff. de Minor. Bocer. d. c. 2. n. 219. Sixtin. d. c. 2. n. 100.

LIX.

Si tamen necessitate tempestatis adversæ nauticum telonium prætervexerint mercatores, merces eorum ob non solutum vectigal in commissi pœnam non incidunt.

l. ult. §. si propter necessitatem. 8. ff. de publican. & vectig. Bocer. d. c. 2. n. 221. Peregr. d. tit. 5. n. 31.

LX.

Sed quid si socius, qui rem portat communem, non solvat vectigal, numquid & alterius socii pars commissa erit? Neg.

l. per l. fraudati. 8. §. 1. facit. l. cotem. 11. §. 2. vers. quod si absente. & l. ult. §. magnus. 11. ff. de publican. & vectig. II. *Quia pœna ibi esse debet, ubi est noxa, & peccata suos tenere debent authores, nec ulterius progredi metus, quàm reperiatur delictum. l. sancimus. 22. C. de pœn.* Obst. verò *quod socius socio dolum & culpam præstet. l. cum duobus. 52. §. 2. ibi, socios inter se. & §. seq. & l. 60. ff. pro soc.* Rx. *Bocer. d. c. 2. n. 210. vers. nec obstat ratio Frideri.*

LXI.

Sed numquid culpa aurigæ, naucleri aut famuli res portantis nec eas profitentis, domino earum nocebit? Neg.

per d. l. fraudati. 8. § 1. l. 11. §. 2. & l. ult. §. 11. ff. de publican. & vectigal. ex quibus textibus constat, quod culpa à socio vel ministro domini mercium cõmissa ipsi domino nihil noceat. Diß. Frid. Mind. d. c. 43. n. 8. per hanc rationem, quod nimirum dominus mercium fidem aurigæ, naucleri aut ministri sui elegerit. Cui Resp. *Bocer. d. c. 2. n. 211. vers. non tuetur.*

LXII.

Mulctarum Pœnarumq; compendia.

Mulctarum pœnarumquè compendia porrò inter Regalia computantur.

d. c. 1. ibi, mulctarum pœnarumq; compendia. Quæ sint regal. l. 5. & l. ult. §. 4. C. de modo mulctar. Differunt autem mulctæ & pœnæ inter se. Pœna enim generale est nomen, mulcta speciale, ideoquè omnis mulcta est pœna, at non

omnis pœna est multa. *l. aliud. 131. §. inter multatas. l. 244. ff. de V. S.*

LXIII.

Quæ licet Imperatoris fisco soli debeantur (a), tamen hæc vel ex concessione Impp vel præscriptione temporis immemorialis ad alios etiam principes inferiores, item civitates imperiales, Comites, Barones, nobiles etiam quosdam pertinent (b).

a) d. l. 5. & l. ult. §. 4. C. de modo multar. Cammergerichts ordnung. *par. 1. tit. 16. §.* der Käyserliche Fiscal. *& §. seq. b) c. super quibusdam. §. præterea, de V. S. Bocer. de Regal. c. 3. n. 18.*

LXIV.

Imò in his compendiis multarum pœnarumqué magna juris facta est mutatio, adeò ut hujusmodi compendia censeantur hodiè fructus Jurisdictionis, & magistratibus debeantur.

idq́ post Bald. & alios à se adductos testatur VVesenb. in par. C. de modo mulct. n. 6. Sixtin. de Regal. c. 10. n. 65. & seq.

LXV.

Undè & in iis pœnis & multis, de quibus Imperator vel ejus consistoriũ Camerale cognoscit, nõ solum compendium Imperatori vel ejus fisco applicari, sed pars tantum dimidia, altera verò pars læso adjudicari solet. Sic & in privilegiis suis Imperator hujusmodi compendia duntaxat cum parte dimidiâ suo fisco reservat, alteram adjudicat ei, cui privilegium concessit, & qui per alium contrâ hoc privilegium læsus est.

Sixtin. d. c. 10. n. 68. & testatur quotidiana & omnibus obvia experientia, ad hunc enim vel alium modum in privilegiis alicui concessis adjici solet, Quod sacræ Majestatis interdictum si quis violaverit vel neglexerit, 10. vel 20. marcis auri puri imperiali fisco & præfato N. ejusq́ heredibus ex æquo solvendis mulctabitur, &c.

ADDITIO.

Notandum hic, quod ubi in Pandectis de mulctis & pecuniariis pœnis agitur, soleat fieri mentio solidorum & aureorum. *l. si quis. ff. de Iurisdict. l. 1. §. 1 ff. de fugitiv. l. libertis. ff. de in jus vocand. l. 3. §. Divus. ff. de sepulch. violat. l. 2. ff. ad Leg. Iul. de anno. In Cod. & Novel.* librarum auri & argenti. *l. un. C. de argent. pret. quod thesaur. infert. lib. 10. In Novissimorum Impp. constitutionibus tùm etiam mandatis Cæsareis,* Marcharum sivè Marck *Frider. in c. 1. vers. si quis verò ausu temerario. & §. 1. de pace tened. int. subdit. 2. F. 53. Aurea bulla Caroli IV. §. detestandos. §. cæterùm*

terùm. & §. decernimus hoc imperiali. Conſtit. Frider. III. An. 1442. §. Item den derſelbigen. & aliis imperii conſtitutionibus. Libra autem argenti æſtimatur aureis ſivè ſolidis quinq. d. l. un. C. de argent. pret. lib. 10. Sed Libra ut & marcha auri puri ſivè ein Marck Lötiges goldes 72. aureis puris. l. quotiescunq. 5. C. de ſuſceptorib. lib. 10. Reichs Abſchied. de Anno 1576. §. aus ſondern. Per aureos verò ſignificantur Rhenenſes aurei Goldgülden / non Ducati ſivè Ungarici aurei, quorum 67. marcham conſtituunt, ut colligitur ex dicto imperii receſſu. §. aus ſondern. Sixtin. d. c. 10. de Regal. n. 37. & ſeqq. & Bocer. d. c. 3. n. 17.

LXVI.

Sequuntur Bona vacantia, quæ etiam ab Imp. Friderico inter Regalia numerantur. *Bona vacantia.*

in d. c. 1. ibi, bona vacantia. Quæ ſint Regal. l. 1. §. Divus. 2. & l. eum. 41. ff. de jure fiſci. l. 1. l. 4. & l. ult. C. de bon. vacantib. lib. 10. Sixtin. de Regal. c. 11 & Bocer. d. c. 3. n. 26.

LXVII.

Bona verò vacantia dicuntur, quandò quis nullum ex qualibet ſanguinis lineâ vel juris titulo legitimum reliquit inteſtatus heredem, vel bonorum poſſeſſorem.

d. l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. Sixtin. d. c. 11. n. 1. & ſeqq. Differunt *verò Bona vacantia & Hereditas jacens, hæc enim dicitur illa, in quâ nondum apparet aliquis heres, ſed eſt ſpes ut per aliquem adeatur: Cùm verò omnes heredes deficiunt, & nulla eſt ſpes adeundi, tunc dicuntur bona vacantia. l. 1. in pr. & §. an bona. & l. non poſſunt. ff. de jur. fiſc. Matth. de Afflict. in d. verb. bona vacantia. n. 10.*

LXIIX.

Ut autem ea habeantur pro vacantibus, prius inquiſitione & diſcuſſione opus eſt, ità ut proclamatio hac de re fiat, & proclamata publicè affigantur, eâquè ratione denuncietur publicè, ut ſi qui defuncti hereditatem ſibi deberi putant, ſe ſiſtant, quâ inquiſitione & diſcuſſione præmiſsâ ſi nemo compareat, bona vacantia eſſe cenſebuntur.

l. ult. C. de bon. vacant. lib. 10. Bart. & Caſtr. in l. ſancimus. §. cum autem. C. ad SC. Trebel. Boſſ. in tract. de bon. vacant. n. 4. & 12. Sixtin. d. c. 11. n. 15.

LXIX.

Dubia verò hîc movetur quæſtio, An agnati vel Cognati etiam ultra gradum agnationis & cognationis decimum conſtituti, in ſucceſſione agnatorum & cognatorum fiſcum excludant? Affirm.

l. per §. cæterum. ibi, etiamsi longissimo gradu sint. Inst. de legit. agnat. succes. §. ult. ibi, etiam si longissimo gradu sit. Inst. de servil. cognat. Nov. 118. c. 3. §. si verò. ibi. omnis deinceps à latere cognatos. & c. 4. ibi, & omnes. Quæ loca omnia cum de longissimo loquantur gradu, & de agnatis & cognatis indefinitè, nec quicquam de certo gradu adjiciant, apertè evincitur indè omnes, quocunq; gradu sint, admitti excluso fisco. *arg. l. item veniunt. 20. §. petitam. vers. à quo. ff. de petit. hered.* II. *per l. 2. §. 1. in fi. ff. de suis & legit. hered. ubi dicitur, quod patruus succedat & cæteri & hinc orti in infinitum. Diff. Schneid. in tit. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. cap. de tertio ordine succedend. in. 38. & seq. Peregrin. lib. 4. de jure fisc. tit. 3. n. 3. Valent. Forst. de succes. lib. 8. c. 8. concl. 5. Vult. lib. 1. J R. c. 74. pag. 30. Gail. 2. obs. 150. & com. Dd. per §. fin. Inst. de succes. cognat. R. Borch. ibid. & de gradib. pag. 25. & seq. & Bocer. de Regal. c. 3 n. 30.*

LXX.

An igitur & pupillo defuncto nullis agnatis & cognatis relictis, ejus tutor persona extranea succedat & fiscum excludat? Neg.

I. *Quia legitima hereditas solâ lege defertur, nec ulli datur, nisi cui nominatim lex ipsa eam tribuit. l. 1. & 3. ff. de petit. heredit. §. 1. Inst. de hered. quæ ab intest. defer. undè etiam legitima vocatur, quod solâ lege deferatur. l. 9. de jur. deliber. l. 70. ff de acquir. vel amit. hered. cum ergò nusquàm ullâ lege specialiter pupilli hereditas deferatur ejus tutori dativo personæ extraneæ, injustum certè fuerit illud sine lege dicere. Nov. 18. c. 5.* II. *Quia nutritor, qui gratis puerum aliquem educavit, ipsi puero intestato non succedit. l. nutritoribus 10. Commun. de succes.* Mutlò minus ergò pupillo suo dativus tutor succedere debebit. III. *Quia tutor gratis administrare tutelam tenetur. l. 33. §. ult. ubi Dd ff. de administ. & peric. tut. & fac. l. 1. §. 6. & seq ff. de tut. & rat. distrah.* Non ergò pro mercede pupilli hereditas ei obvenire debet. Obst. *l. quo tutela. 73. in fi. pr. de R. J. R. Bocer. d. c. 3. n. 32.*

LXXI.

Vlterius quæritur, an ut vir uxori sine agnatis & cognatis defunctæ succedit fisco excluso, sic & socer ad nurus suæ hereditatem admittatur excluso fisco? Neg.

I. *per l. affinitatis. 7. C. commun. de succes. ubi impp. rescribunt, quod affinitatis jure nulla successio permittatur.* II. *Quia hereditates defunctorum ex legibus deferuntur. §. 1. Instit. de hered. quæ ab intest. defer.* Lex autem positiva expressè loquitur de viro & uxore, non igitur trahenda ad alias personas. Nec obst. *Baldi argumentum in l. un. n. 4. in fi. C. un-*

vir &

tir & uxor. quod ſoceri nomen á matrimonio derivetur. l. 3. §. 2. ff. de poſtuland. R. Bocer. d. c. 3. n. 3.

LXXII.

Porrò Regalibus apponuntur Bona quæ indignis auferuntur. *Bona quæ indignis auferuntur.*

d. c. 1. ibi, & quæ ut ab indignis. l. 1. in pr. l. 13. §. pen. ff. de jur fiſci l. 1. ff. De his quæ ut indign. Bald. in l. 1. C. de his quib. ut indig.

LXXIII.

Bona verò, quæ indignis auferri dicuntur, ſunt ejusmodi, ut acquirantur quidem iis, quibus relicta ſunt, ſed acquiſita auferantur & eripiantur.

Et hinc Ereptitia ab Vlp. nominantur, in fragment. tit. 19. Sixtin. de Regal c. 12. n. 1. Et ſic differunt indigni ab incapacibus, quod relicta indignis jure valent, proindeq; ea acquirere ipſi poſſunt & acquirunt etiam, ſed ex cauſâ eis rurſus auferuntur. l. 2. ff. de his quæ ut indign. Cujac. in par. C. de his quib. ut indig. Peregr. lib. 2. de jur fiſc. tit. 2. Incapaces verò ſunt, quibus relicta ab initio inutilia ſunt, & pro non ſcriptis habentur. l. cum quidam. 12. ff. de his quæ ut indig. l. 2. ff. de his quæ non pro ſcript. hab. l. un. §. 3. C. de caduc toll.

LXXIV.

Cauſæ autem variæ ſunt, ex quibus bona alicui auferuntur ut indigno, & fiſco incorporantur.

Harum tres adducit Matth. de Afflict. in d. c. 1. in verb. & quæ ut ab indignis. I. Si quis necem defuncti non vindicaverit. l. 1. & l. ſororem. C. de his quib. ut indig. l. heredem. & l. ei qui mortem. ff. eod. II. quandò heres dixit defuncti teſtamentum eſſe falſum. l. 3. C. d. t. l. 5. §. ſi pater. ff. eod. III. Quandò quis accommodavit fidem tacitè teſtatori de reſtituendâ hereditate vel legato vel fideicommiſſo ei, qui capere non poterat tempore teſtamenti neq; tempore mortis. l. in fraudem. §. ſi quis ei. ff. de his quæ ut indig. Plures alias refert Sixtin. d. c. 12. n. 10. & ſeqq.

LXXV.

Et quamvis regulariter bona indignis ablata fiſco vindicentur, quibusdam tamen caſibus ea non fiſco ſed aliis conceduntur.

d. c. 1. ibi, niſi quæ ſpecialiter quibusdam conceduntur. Quæ ſint Regal. l. un. §. quæ autem. C. de caduc. toll.

LXXVI.

Si enim teſtamentarius tutor recuſet ſubire onus tutelæ, in-

gnus quidem est legato, ipsum tamen legatum non fisco sed pupillo conceditur.

l. post legatum. 5. §. amittere. ff. de his quæ ut indign. Bocer. de Regal. c. 3. n. 52.

LXXVII.

Sic quoquè si legatarius vel fideicommissarius tabulas testamenti celaverit, legatum vel fideicommissum ei relictum non fisco sed heredi scripto tribuitur.

l. pen. C. de Legat. & d. l. post legatum. ff. de his quæ ut indig. Bocer. d. n. 52. ubi plures adferuntur casus.

LXXIIX.

Bona cõtrahentiũ incestas nuptias.

Ità Regalibus fisci connumerantur bona contrahentium incestas nuptias (a), ità tamen si non extent liberi justi ad gradum tertium, parentes usquè ad gradum secundum, frater item, soror, patruus & amita (b).

a) d. c. 1. ibi, & bona contrahentium incestas nuptias. Quæ sint Regal. Incestæ autem nuptiæ sunt, quas contrahit aliquis cum eâ cognatâ vel affine suâ, quam conjugem jure habere nequit. l. 5. ff. de quæst. l. ult. ff. de Nupt. l. ult. §. ult. ff. de condict. sine caus. l. si adulterium. 38. in pr. & §§. seqq. ff. ad Leg. Iul. de adult. b) his enim omnibus deficientibus fiscus admittitur. l. si quis incesti. 6. & auth. incestas. C. de incest. nupt. Nov. 11. c. 1. & 2. ubi Cujac. Quæ jura cum nominatim & specialiter non corrigantur per novam legem Friderici Imper., adhuc ea sequi & servare jubemur, per Regulam. in l. præcipimus. 32. in fi. C. de Appellat. Bocer. in d. c. 3. n. 56.

LXXIX.

Bona damnatorum & proscriptorum.

Et bona damnatorum & proscriptorum, prout in novis legibus continetur, videlicet, si non existant descendentes & ascendentes usquè ad tertium gradum inclusivè.

d. c. 1. ibi, condemnatorum & proscriptorum secundum quod in novis constitutionibus continetur. Quæ sint Regal. Nov. 134. c. ult. licet olim dimidia tantum pars liberis relicta fuerit, altera dimidia fisco applicata. l. quanto. 10. C. de bon. proscript. & l. 1. §. liberis. ff. de bon. damnat.

LXXX.

Interpretes quoquè admittunt collaterales usq; ad tertium gradum, secuti Irnerium.

in auth. bona damnatorum. C. de bon. proscriptor. Borch. in d. c. 1. Quæ sint Regal. n. 83. Rosenth. c. 5. concl. 59. Clar. lib. 5 sentent. 7. 78. sed contra textum expressum. d. Nov. 134. c. ult. Bocer. d. c. 3. n. 71. & seq.

Rega-

Regalibus porrò adjiciuntur Angariarum, parangariarum, plaustrorum & navium præstationes.

Angariarū Parangiarum, plaustrorum & naviū præstationes.

d.c.1.ibi.angariarum &c. Quæ sint Regal. ubi Matth. de Afflict. ait, Angariam dici coactionem sivè compulsionem. c.1.23.q. 1. ubi Marci 15. dicitur, Et angariaverunt quendam prætereuntem Simonem Cyrenæum de villâ, ut tolleret crucem ejus. Quid verò Angariæ & Parangariæ sint mirum in modum discrepant interpp. Quidam Angarias accipiunt pro munere personali, quod Imperatori præstatur sumptibus & impensis Imperatoris: Parangarias verò pro munere mixto, quandò quis Imperatori servitia exhibet sumptibus propriis. Sed illorum opinionem erroneam esse docet Borch. per l. munerum. 18. §. patrimonium. 21. ff. de Muneric. & honor. & l. sunt numero. 11. ff. de vacat. & excusat. mun. Cujac. *ad l. ult. C. de Fabricens. lib. 11.* & cum secutus Borch *in d.c.1. Quæ sunt. Regal. n. 84. & Vult. d.c. 5. n. 7. §. 14.* Angarias *definiunt præstationes Iumentorum, plaustrorum & navium, quæ exiguntur in transvectione armorum, vel in aliâ qualibet necessitate: & subjicit* Borch. *ibid. Angariam distare â parangariâ in eo, quod Angaria sit, quâ cursus publicus dispositus est, Parangaria verò, cum præstationes illæ aliò versum exiguntur. Sed nec horum sententiam probat* Bocer. *d.c.3.n. 239. verùm novè & eleganter hanc rem prolixius ex Legibus civilibus deducit & considerat, n. 240. & seqq. ad quem me remitto. Et quamvis Angariæ & Parangariæ sint de reservatis principi, & â dominis inferioribus subditis de novo indici non debeant. Matth. de Afflict. in verb. angariæ. n. 3. sequitur. Natta cons. 185. n. 3. & 5. Bart. in l. 1. C. de excusat. muner. lib. 10. Bald. in l. cum multa. in fi. C. de bon. quæ lib. tamen hujusmodi dominis vel ex consuetudine vel ex concessione, vel ex conventionibus licitis aliquandò debentur hujusmodi operæ & præstationes. Afflict. d.l. n. 3. & debent subditi nonnunquam certas operas,* gemeſſene Fronen oder dienſte / *ut scilicet tot diebus in mense aut anno operas cum personis præstent, fodiant, trituren, metant, ligna cædant &c. vel cum plaustris navibus, jumentis serviant: & tũ quacunq; ratione istæ operæ debentur, ultra solitũ gravari nullo modo possunt. Rosenth. c. 5. concl. 71. ubi dicit notandũ esse, quod subditi non sint cogendi extra territorium aut locũ consuetũ & habitationis domini operas edere, ut si soliti erant â suis habitationibus ad unam aliquam arcem aut castrum, plaustra, equos vel operas præstare, longius evocari non debent. l. operæ. 21. & ibi not. ff. de oper. libert. Ferrar. Montan. lib. 6. feud. c. 3. §. ordinaria servitia.* Et sic Camera Imperialis *in causâ* der vier Dorffer in Hatgaw *contra* Hanaw 8 Martii

anno

anno 1553. pronunciavit quod ad arcem in Hatgaw, & aulam domini Comitis ulterius non debeant evocari, & cùm posteà ad aliquot miliaria contrà quàm soliti vinum adferre coacti, & desuper conquesti fuissent, 21. Aprilis anno 1567. id quoq; improbatum fuit.

LXXXII.

Argentariæ. Sequuntur Argentariæ, per quas alii intelligunt argenti, auri & metalli fodinas (a), alii verò accipiunt pro decimis vel aliâ portione ex metallifodinis pendenda ex legum authoritate fisco debitâ (b).

a) tot. tit. C. de Metallar. & Decim. lib. 11. Borch. d. c. un. n. 87. Quæ sint Regal.

b) & sic Argentariæ non computantur inter regalia, ita ut omne aurum & argentum inventum in fundis privatorum spectet ad regem seu fiscum, quià datâ decimâ censentur esse in patrimonio privatorum, quorum sunt fundi. l. 17. §. 1. de V. S. l. 3. §. fi. & 2. ll. seqq. ff. de reb. eor. quæ sub tut. Schneid. p. 2. n. 105. God. cons. 2. & cons. 3. Ferrar. de feud. lib. 5. c. 7. Bocer. d. c. 3. n. 166. vers. satius est.

LXXXIII.

Undè nos probamus eorum sententiam; qui distinguunt inter locum publicum & privatum existimantes in loco publico inventas argentifodinas pleno jure esse Imperatoris fisci, in privato verò repertas non item.

Ità post alios sentiunt Iacob. de S. Georg. in tract. de feud. in verb. cum argentifodinis. n. 2. Schon. lib. 1. disp. 4. th. 78. Sixtin. c. 18. n. 28. & seq. Vult. d. c. 5. n. 7. 8. 16. Sed horum sententiam infringit rationibus adductis Bocer. d. c. 3. de regal. 165. & seqq.

LXXXIV.

Quæri autem hîc solet, an privatus in prædio alterius privati jus & potestatem quærendi metalla habeat nec ne?

Sunt qui rationibus Juris id negant, nec desunt qui ex contrario & Juris textibus & pragmaticorum testimoniis id affirmant. Nos cum Cæpol. de serv. rustic. præd. c. 22. n. 4. & Bocer. d. c. 3. n. 167. vers. cum ergo. distinctionis fœdere hanc controversiâ componere posse videmur, si dicamus, Negantium sententiam procedere, si ipsemet prædii dominus quærere & effodere metalla volet, eo enim casu extraneo meritò præferendus est, quippè cum æquè tum per dominum prædii publicæ consulatur utilitati, atq; per extraneum. Sin autem metu immensi sumptus ipsemet dominus suo in fundo quærere metallum idq; effodere nolit, publicæ utilitatis causâ. l. 1. ibi, &

Reipub.

Reipub. commoda. C. de Metallar. lib. 11. integrum licitumq; esse alii venas metallicas investigare, ipsumq; metallum effodere, ac pro solatio prædii domino partem aliquam præstare cum affirmantibus concludimus. Rationes verò utrinq; militantes vide apud Bocer. d. n. 167.

LXXXV.

Affinis est huic & illa quæstio, an liceat ei, qui suo in fundo metallum effodere cepit, venam metallicam continuam persequi sub prædio vicino, invito ejus prædii domino? Neg.

I. Quia sicut quicquid est supra prædium usq; ad cælum, illud est ipsius privati. cujus est fundus. l. altius. 8. C. de servit. & aqua. l. ult. § pen. ff. Quod vi aut clam. ità quicquid est infra solum, debet pertinere ad ipsum fundum. d. §. pen. proindè & metallum, quod est sub prædio ejus. II. per l. 6 enditur. 13. §. si constat. ff. commun. præd. ubi JCtus, si constat, ait, in tuo agro lapidicinas esse, invito te, nec privato, nec publico nomine quisquam lapidem cædere potest. III. Quia argenti & auri fodinæ sunt fructus prædiorum. l. fructus. 7. §. si vir. 15. & seq. ff. solut. matrim. l. item. 9. §. sed si lapidicinas. & §. seq. ff. de usufruct. Ergo eorum, ad quos prædia pertinent. l. fructus. 45 ff. de usur. quod enim ex meo natum est, jure gentium meum est. l. solum. 49. §. 1. ff. de rei vindic. l. qui scit. 25. in pr. & §. 1. vers. quod ad fructus. ff. de usur. Consequenter itaq; nec sine voluntate eorum metalla tanquam fructus prædii alterius fieri possunt. l. id quod nostrum. 11. ff. de R. J. Obst. l. si in meo. 21. ff. de aq. & aq. pluv. arc. l. 24. §. ult. & l. Proculus. 26. ff. de dam. infect. quibus locis dicitur quod si vicinus meus suo in prædio puteum habeat vivum, ego venas illius putei ità avocare licitè possim, si meo in fundo puteum faciam. Resp. Bocer. d. c. 3. n. 174. in fi.

LXXXVI.

Quæ verò de Argentariis dicta sunt, eadem & in Salinis obtinere censemus. *Salinæ.*

l. 1. ibi, aurifodinarum, argentifodinarum & salinarum. ff. Quod cujusq; univers. nom. Ergo & eorũ proprietatis jure erunt, in quorũ prædiis habentur. l. 3. §. ult. l. 4. l. 5. in pr. & §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut vel cur. l. 4. §. salinæ. ff. de cẽ sib. non itaq; omne salinarum emolumentum ad regalia pertinebit, sed tantum pars quædam reddituum, id est vectigal aliquod. l. inter publica. 17. §. 1. de V. S. Bocer. d. c. 3. n. 175. Sed huic expressè contrariari videtur. I. quod in d. c. 1. Quæ sint Regal. Frider. Imp. ipsos salinarum reditus simpliciter Regalibus adjiciat, non verò partem aliquam reddituum, vectigal putà sivè decimam. II. Quod in aureâ bullâ Caroli IV. tit. von

Gold/Silber vnd ander Ertz wegen. *auri argenti, cæterarumq; metallicarum fodinarum, & nominatim etiam ipsarum salinarum possessio cum omni jure nullo prorsus excepto tribuatur Regi Bohemiæ in ejus regno & principibus Electoribus, Ecclesiasticis & secularibus in principatibus, terris, dominiis & pertinentiis ipsorum.* Resp, *Bocer. d. n. 175. vers. cæterum cum utraq; illa constitutio.*

LXXXVII.

Palatia. Sequuntur palatia, quæ ab Imp. Frider. inter regalia quoquè referuntur.

In d.c. 1. ibi, & palatia in civitatibus consuetis. Quæ sint Regal. Sunt *a. palatia ædes in usum Imperatoris comparatæ & ab omni privatorum usu & communi habitatione exceptæ. l. nulli judicum. 14. C. de offic. rector. provinc. l. quicunq; 17. C. de operib. public. & l. un. C. de palatiis & domib. dominic. lib. 11.* Habere tamen & inhabitare ejusmodi palatia possunt ÿ, quibus hoc princeps peculiariter permisit. *d. l. quicunq;.* Et hujusmodi domus etiam hodiè habentur in civitatibus quibusdam imperialibus, putà Goslariæ, ubi hæc domus Cæsarium palatium appellata est, quod tanti Impp. fecerunt, ut aliqui ibi sedem suam habuisse dicantur, idq; posteriores Impp. privilegiis illi civitati datis profitentur. Tale etiam palatium est castrum Noribergense, *in quo similiter aliquot cæsares suam habuerunt sedem, ità ut* Caroli IV. avus Henricus *statuerit & mandaverit de eo castro, ne à civitate Noricorum separetur. Sixtin. de Regal. c. 19. n. 12. & seq. Et hinc Bocer. c. 2. de Regalib. n. 126. Palatia majoribus Regalibus annumerat Hotoman. tamen in d.c. 1. Quæ sint. Regal.* pro Palatia *legendum putat* Placita *vel* Placia, *id est jus constituendarum nundinarum, cum Germanicâ linguâ* Platz *pro foro accipiatur.*

LXXXIIX.

Piscationũ reditus. Superioribus adjiciuntur piscationum reditus.

d.c. 1. ibi, & piscationum reditus. Quæ sint Regal. Per reditum autem piscationum intelligitur vectigal, quod ex piscationibus, quæ in mari & fluminibus publicis fiunt, fiscus Imperatoris capit. *Hotom. in d.c. 1. in verb. piscationum reditus. Quæ sint regal.* Jus verò piscationum regalibus non annumeratur, sed tantum reditus, id est vectigal piscationum, piscationum enim jus in mari & fluminibus publicis regale non est, sed Jure gentium omnibus est commune. *§. flumina autem. Inst. de rer. divis. l. 4 in fi. ff. d. t. l. 1. in fi. l. 3. in pr. ff. de acquir. rer. dom. l. injuriarum. 13. §. ult ff. de injur. l. 2. § si quis in mari ff. Ne quid in loco public.* Quidam *piscariarum vectigal interpretantur ve-*

ctigal

Rigal illud, quod pro usu fori, quo pisces venduntur, solvitur, quos etiam sequitur Goed. ad d.l. inter publica. 17. n. 11. ff. de V.S. quod improbat Sixtin. de regal. c. 1. n. 45. Cujac. hîc legendum putat Picariarum, ut quæ sunt fodinæ picis, sivè locus ubi pix foditur. Sed hanc lectionem rejicit Sixtin. de regal. c. 20. n. 3. & seqq. hac potissimum ratione, si enim de fodinis hîc locus accipiendus esset, non malè diceretur commissa ταυτολογία, quia anteà de fodinis dixit, ut ostensum est in regali, quod ad argentarias pertinet. Ea verò interpretatio est devitanda, ex quâ ταυτολογίας vitium consequitur, in quod eò minus incurrere voluit Imp. quod brevissimè de regalibus agit.

LXXXIX.

Et bona committentium crimen majestatis.

Bona committentium crimen majestatis.

d.c.1. ibi. & bona committentium &c. Quæ sint regal. Et licet Frider. inter superiora regalia de bonis proscriptorum & damnatorum mentionem fecerit, tamen cum crimen læsæ majestatis quam plurima habeat singularia, putavit Imp. se rectè facturum, si peculiariter & seorsim hujus criminis meminisset, & bona illud committentium fisco deberi & inter regalia referendum esse ostendisset. Nam in Nov. 134. c. ult. sup. th. 80. allegatâ generaliter Justin. statuit de bonis damnatorum & proscriptorum, quod fisco vindicentur, non existentibus descendentibus vel ascendentibus usq; ad tertium gradum. In hoc verò crimine non solum descendentibus & ascendentibus usq; ad tertium gradum non reservantur bona, sed & iis, qui in primo gradu sunt, & quidem etiam filiis & filiabus bona delinquentis adimuntur omnia & fisco vindicantur. l. quisquis. 5. §. 1. C. ad Leg. Iul. Majest. Sixtin. de regal. c. 22. n. 17. & seqq.

XC.

Committitur autem illud contra populum Romanum vel ejus securitatem.

l. 1. & ibi not. at. ff. ad Leg. Iul. majest. VVesenb. in par. ff. ad Leg. Iul. Maiest. n. 4. Duar. lib. disput. 2. anniv. c. 22. & Borch. hoc cap. n. 88.

XCI.

Hodiè verò translato Imperio, contra Imperatorem, non alios eo inferiores.

Ne faciamus in Imperio tot Imperatores, quot sunt principes, ac sine lege obtentu adulationis alicujus tanti criminis reum, cum odia restringere non verò ampliare conveniat. c. odia. 15. de Reg. Jur. in 6. Et quamvis in suo territorio idem tribuatur principibus, quod Imperatori in imperio, indè

tamen consectarium non est, quod eadem majestas & potestas sit in reliquis principibus, quæ in Imperatore.

XCII.

In Electores tamen & Consiliarios Imperatoris id committi arbitramur.

Quia sunt membra ipsius principis. l. quisquis. 5. C. ad Leg. Jul. Majest. unde nec immeritò in bullâ aureâ Caroli IV. tit. 24. §. quoties. appellantur columnæ imperij ædificium sacrum circumspectâ prudentiâ sustentantes. Iul. Clar. lib. 5 sent. §. læsæ majestatis. n. 5. Damhoud. in enchiridio sivè praxi rer. crimin. c. 62. n. 7. Petr. Gregor. Tholosan. in Syntag. Jur. univ. lib. 35. c. 3. n. 5. Decian. in tract. crim. lib. 7. c. 5. n. 3. & 4.

XCIII.

Pæna hujus criminis est mors naturalis, publicatis insuper fiscoquè addictis omnibus rei bonis & damnatâ defuncti memoriâ.

d. §. publica autem judicia. Inst. de public. Iudic. d. l. quisquis. 5. C. ad Leg. Iul. Majest. Damnari verò defuncti memoria dicitur, cum nominis perpetua infamia inuritur, ità ut perpetua de eo infamia conservetur.

XCIV.

Nequè verò atrociſſimi hujus delicti authores saltem puniuntur, sed & eorum filii infamiâ notantur, omniquè successione, & testamenti factione penitus privantur.

d. l. quisquis. 5. §. 1. C. ad Leg. Iul. Majest.

XCV.

Sed utrum hereditates hisce filiis delatæ fisco sint applicandæ, an verò heredibus proximioribus ab intestato venientibus, hîc sententiis variatum est?

Fisco applicandas esse censuerunt *Cyn. Alberic. & Salicet. in d. l. quisquis. 5. §. filii. C. ad Leg. Iul. Majest. Paris. cons. 69. n. 192. lib. 3. Boss. in tit. de crimin. læs. majest. n. 137.* Contrarium verò statuerunt. *Socin. Senior. in cons. 175. n. 12. lib. 2. Fulgos. & Ang. in d. l quisquis. in fi. C. ad Leg. Iul. Majest. Peregrin. lib. 3. de jure fisc. tit. 9. n. 1. Fach. 9. controvers. 36.* quibus & nostrum addimus calculum.

XCVI.

Hîc quoq; inquirere libet, an uxorem Imperatoris adulterans etiam læsæ majestatis crimen committat? Neg.

1. *Quia non cavetur expressè aliquâ lege, quod sit hoc casu crimen læsæ majestatis. Pœnæ autem sunt potius molliendæ, quàm exasperandæ. l. inter-*

preta-

pretatione. ff. de pæn. II. *Quià leges scriptæ enum erant capitula istius criminis, quæ multa sunt in l. 1. 2. & 3. ff. ad Leg. Iul. Majest. hoc vero omisit. E. ad illud crimen referri non debet* Nec obst. *quod honor debeatur Imperatori, undè Majestatis tenentur, qui quid in statuas seu imagines in honorem principis consecratas commiserint. l. qui statuas. 6. ff. ad Leg. Iul. Majest.* E. *multò fortius hoc obtinebit in uxore desponsatâ consecratâ & benedictâ, quæ efficitur unum corpus cum Imperatore.* Quià *licet hæc, & similes quæ adferri possunt, fortes sint rationes, non tamen dicere possumus esse crimen læsæ majestatis, cum lex deficiat, præsertim cum sint aliæ hoc casu pænæ paratæ.*

XCVII.

Ulterius hic nobis investigandum est, num & ille majestatis teneatur, qui non ignorat Cæsareæ majestati ab aliquo insidias parari, id tamen scelus suo judicio non revelat? quod affirmandum ducimus.

per l. quisquis. 5. §. id quod. 6. & seq. C. ad Leg. Iul. Maiest. l. un. §. pænas. C de rapt. virg. l. utrum. 6. ff. de Leg. Pompei. de parrici d. c. quantæ. Ext. de sent. excommunic. c. dilecto filio. §. & quidem. eod. in 6. I. Obst. *l. 1. §. sed in eo. 5. ff. de SC. Silan.* ℞. *Bocer. d. c. 3 n. 105. vers. non juvat.* II. Obst. *c. felicis. §. illud autem non duximus De pæn. in 6.* ℞. *Bocer. d. n. 105. vers. neq; suffragatur.* III. Obst. *l. Metrodorum 40. ff. de pæn. ubi levis pæna relegationis definitur in eum, qui diu dissimulat militem alicubi occultari.* Resp. *Bocer. d. loc. vers. adhuc nihil.* ADDITIO. *Si tamen conscius ille non possit probare conatum delinquentis, prodere eum non tenetur. l. nostri. 8. C. de calumniat. Clem. nolentes. §. notarii, ibi, quod similiter ea sciverint, ut ea probare valeant. Bocer. d. c. 3, n. 106.*

XCIIX.

Sed quid cum Vasallus ob majestatis crimen suum quoquè feudum amittat, an etiam illud unâ cum allodio ad fiscum pertineat quæritur? Negantium sententia juri convenientior est.

I. *Quià fiscus est loco extranei heredis l. 2. C. ad Leg. Iul. de vi public. & priv. l. 1. C. de bon. libert. l. 9. ff. ad Leg. Iul. Majest. Sed feudum ad heredem extraneum non pertinet.* II. *Quià ad fiscum non transeunt ea, quæ jure singulari ad rei majestatis heredes vel alium spectant. l. 4. ff. de Iur. patron. Sed jure singulari feudũ ad filios vel agnatos vasalli pertinet ex pacto scilicet vasalli primi acquirentis ipsiusq; domini concedentis. c. 1. vers. si capitanei, ibi, per investituram patris & avi in beneficium succedunt. De feud. March. vel Ducat. 1. F. 14.* III. *Quià publicatis rei majestatis bonis, ejus feudum nominatim*

minatim ad dominum, non ad fiscum transire jubetur. in d. c. felicis. §. si quæ verò feuda. De pæn. in 6. IV. Quia licet reorum fractæ pacis bona allodialia cujusvis prædationi relinquantur, feuda tamen eorum dominis reserventur. Cammergerichts Ordnung. par. 2. tit. 9. §. 2. vers. auch die Lehen. I. Obst. Quod Emphyteusis ob culpam Emphyteutæ ad extraneum possessorem transire possit. l. si finita 15. §. 26. ff. de D am. infect. Resp. Bocer. d. c. 3. n. 114. II. Obst. l. 48. §. ult. ff. de Jure fisc. ubi dicitur quod ea etiam bona quæ quis post mortem suam jure fideicommissi alii restituere tenetur, publicatis ejus bonis cæteris similiter ad fiscum pertineant, quàm diu fiduciarius ille heres vivit. Resp. Bocer. d. n. 114. vers. deinde. III. Obst. l. si postulaverit. 27. §. jubet. 11. ff. ad Leg. Iul. de adult. ubi usus fructus servi alieni, in quo reus adulterii usumfructum habet, publicus esse jubetur, si ad inquirendũ adulterii crimen aptus fuerit. Rſp. Bocer. d. loc. vers. nihil quoq. IV. Obst. c. 1. in fi. ibi, ad regem pertineat. De Capit. Corrad. 2. F. 40. Rſp. Bocer. d. loc. vers. ad hæc non imminuit. uti & tribus aliis contrariis.

XCIX.

Thesaurus. Ultimo loco inter regalia computatur dimidium thesauri in loco Cæsaris vel religioso (a) non datâ operâ inventi: item integer thesaurus hisce in locis datâ operâ inventus (b).

a) d. c. 1. in fi. Quæ sint Regal. l. 3. §. 10. ff. de Iur. fisc. Sed inter hos duos textus & §. thesauros. 39. Inst. de rer. divis. videtur expressa esse antinomia, de quâ interpretum judicia mirum in modum variant, Fab. in d. §. thesauros. n. 4. Port. n. 3. Schneid. n. 9. Nicas. n. 8. Duar. in tit. de acquir. rer. dom. c. 4. & Don. 4. com. 14. pag. 256. dicunt, quod d. §. Instit. loquatur de naturali æquitate, d. l. 3. §. 10. secundum Juris civilis regulas, quæ etiam jure feud. in d. c. 1. confirmatæ sunt. Gloß. in d. l. 3. §. 10. dicit, quod JC. ibi agat de thesauro non fortuito casu, sed datâ operâ invento. Sed hæc solutio planè divinatoria videtur. Borch. in d. §. thesauros. & ibid. Vult. ut & in suâ Jp. R. lib. 1. c. 70. dicunt, Iustinianum in d. §. Instit. amplecti sententiam D. Hadriani, repudiatâ Divorum fratrum, cujus mentio fit in d. l. 3. §. 10. de jur. fisc. Aliter illa conciliant Gilken. in d. §. thesauros n. 23. & seqq. Harpr. n. 7. VVesenb. n. 3. Lin. Bald. Conna. 3. com. 4. n. 2. Alciat. lib. 7. pareg. c. 1. Brōckh. cent. 2. ass. 60. edit. 1. Videatur etiam Bocer. de regal. d. c. 3. n. 178. (b d. c. 1. in fi. ibi, si data opera, totum ad eum pertineat. & l. un. C. de thesaur. lib. 10.

C.

Thesaurus verò nihil aliud est, quàm vetus pecuniæ depositio, cujus memoria non exstat, ut jam dominum non habeat.

l. nun-

l. nunquam. 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. Et vocatur donum fortunæ *in l. 65. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. & Beneficium Dei in d. l. un. C. de thesaur.* Pecuniæ autem verbo significantur hic non solum nummi, sed & aliæ abditæ opes. *d. l. un. C. de thesaur.*

CI.

Thesaurus ergò non est ea pecunia, quam quis vel lucri vel metus vel custodiæ causâ condidit sub terrâ, & a quo, & quandò sit condita non ignoratur.

d. l. 31 §. 1. in fi. de acquir rer. dom. l. à tutore. 67. ff. de rei vindicat. l. peregrè, 44. in pr. ff. de acquir. possess. Abusivè tamen isthæc etiam pecunia thesaurus dicitur. *in l. thesaurus. 15. ff. ad exhibend. & l. 22. ff. famil. ercisc. Bocer. d. c. 3. n 177. vers. non est ergo.* Hinc cum aliquid hominum memoriam excedere & pecuniæ depositionem tam diu negligi non præsumatur, quià nemo suum jactare censetur. *l. cum de indebito. ff. de probat. asserenti aliquam pecuniæ depositionem esse thesaurum incumbit onus probandi. Ioh. de Platea. in d. l. un. C. de thesaur. Sixtin. c. ult. de regal. n. 5.* Non esse verò thesaurum nullâ probatione melius, quàm ipsâ rei evidentiâ doceri potest, si nimirum inspiciatur ipsius monetæ repertæ qualitas, & sic ex ipsâ formâ minus antiquâ doceatur, pecuniam inventam non esse thesaurum. *Sixtin. d. loc. n. 6.*

CII.

Sed quæritur cujus sit thesaurus magicâ arte alicubi inventus?

Schneid. ad §. thesauros. n. 5. Inst. de rer. divis. Rosenth. c. 5. concl. 89. Vult. d. c. 5. & Dd. com. volunt indistinctè hunc thesaurum ad fiscum pertinere. Sed melior videtur opinio Boceri *in d. c. 3. n. 180.* dicentis, in fiscali & religioso ut & in proprio loco magicâ arte repertum thesaurum fiscum sibi vindicare, sed per tertium eo prohibito modo in alieno privato loco inventum fisco incorporandum non esse. I. Quià id nullâ lege cautũ. E. nec illud reperitur dicendum erit. Nov. 18. c. 5. II. Quià thesaurus in alieno prædio datâ operâ inventus simpliciter & sine distinctione ad dominum prædii pertinere totus dicitur. *in d. l. un. C. de thesaur. lib. 10.* III. Quià aliàs dominus ille, in cujus loco magicâ arte alius quispiam thesaurum invenit, ob maleficii hujus inventoris crimen puniri diceretur, si thesaurus ille repertus totus fisco cederet, cum tamen peccata suos tenere debeant authores, nec ulterius progredi, quàm delictum reperitur. *l. sancimus. 22. C. de pæn.* Obst. Quod in *d. l. un. C. de thesaur.* eiusmodi scrutator & inventor thesauri tanquàm temerator eius legis puniri jubetur, & quidem extra ordinem, ut ibidem docent *Bart. n. 11. & Bald. in pr. per l. 1. §. 1. vers. quibus nulla. ff. de Effract. Et. Bocer. d. n. 180. in fi.*

Vltimo

Ultimo loco subjiciemus vehementer ab interpp. agitatam quæstionem, quid juris sit in thesauro, in loco feudali vel Emphyteutico reperto? si tertius invenerit, inter dominum soli & inventorem, si verò ipse vasallus vel Emphyteuta, inter hos & dominum dividendum esse arbitramur.

I. *per §. thesauros. 39. Inst. de rer. divis. ubi expressè dicitur, quod dimidium domino soli concedatur. At vasallo & emphyteuta non sunt domini soli.* E. II. *Quia thesaurus, quæ usufructuarius vel tertius aliquis in fundo fructuario invenit, in fructu non computatur, & proindè pro parte dimidiâ lucro domini cedit, ad quem proprietas fundi fructuarii pertinet. l. fructus. 7. §. si fundum. 12. vers. non magis. ff. solut. matrim. cum ergò vasallus usumfructum saltem habeat in feudali prædio. c. 1. in fi. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. ut & Emphyteuta in prædio Emphyteutico l. 1. §. 1. ff. si ager vectig. certè thesaurus, quem vel ipse, vel alius aliquis in eiusmodi prædio invenit, ex semisse domini est, ad quem fundi proprietas pertinet.* I. Obst. *Quod Vasallus & Emphyteuta utiles ab interpp. dicantur Domini & utile habere dominium in fundo feudali & Emphyteutico prædio.* Resp. *Gilk. ad d. §. thesauros. Inst. de rer divis. n. 32. & seqq & Bocer. d. c. 3. n. 182.* II. Obst. *Quod Vasallus prædium feudale â tertio posse vindicare possit. c. 1. vers. rei autem. De invest. de re alie. fact. 2. F. 8. Vindicatio autem soli domino tribuatur. l. in rem. 23. in pr. ff. de rei vindic.* Rr. *Bocer. d. loc. n. 195.* III. Obst. *Quod thesaurus sit donum fortunæ. l. si is qui. 63. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Ea autem *quæ felicitate aut infelicitate fortunæ contingunt, ad Emphyteutam spectant. l. 1. vers. ult. C. de Iur. Emphyt.* Rr. *Bocer. d. n. 185. vers. præterea non obstat.* IV. Obst. *Quod omne incrementum fundi feudalis ad vasallum pertinere dicatur. c. 1. §. si quis de manso. 5. si de invest feud. contr. fuer. 1. F. 4.* Rr. *Bocer. d. n. 185 vers. ad hæc nihil refragatur.* V. Obst. *Quod Vasallo & Emphyteutæ plenius tributum sit ius in prædio feudali & Emphyteutico fundo, quàm usufructuario in solo fructuario, cum feudum & emphyteusis regulariter ad heredes transeant. d. c. 1. in fi. in quib. caus. feud. amit. & §. adeò autem. Inst. de Locat. & Conduct. Usufructus verò morte fructuarii extinguatur.* Resp. *Bocer. d. n. 185. vers. ulterius non obstat.* VI. Obst. *Cum damnum particulare cedat in detrimentum Emphiteutæ.* E. *& commodum particulare ipsi non erit invidendum. l. 1. C. de Iur. Emphyt. l. secundum naturam. de R. J.* Rr. *Gilken. d. loco. & Bocer. d. n. 185. vers. postremò nihil juvat.*

Dispu-

Disputatio V.

DE FEUDI PER INVESTITURAM CONSTITUTIONE.

Respondente

IOHAN-HENRICO Von der Lühe
Nobili Megapolitano.

CONTINVATIO.

HActenus de personis feudum dantibus & accipientibus, rebus quoquè in quibus feudum constituitur, vidimus, sequitur ut dispiciamus primò, quomodò feudum constituatur, & deindè constitutum quomodò acquiratur.

Thesis I.

Constituitur autem feudum investiturâ-

Constitutio.

c.1. Quib.mod. feud constit.poss. 1.F.25. Constitutio verò feudi ab ejus acquisitione est alia, quià illa præcedit, hæc verò sequitur, & tametsi fieri possit, ut interdum utraq; tempore sit simul. c.1 in fi. de feud. cognit. 2.F. 1. & c. 1. in pr. de consuet. rect. feud. 2.F. 33. naturâ tamen constitutio acquisitione prior est. d. c. 1. Quib. mod. feud. constit. poss. Dess. com. Dd. qui nullum discumen interconstituere & acquirere agnoscunt.

II.

Investitura ab investiendo dicitur ex eo, sicut homo dicitur vestiri veste, sic largo modo Vasallus dicitur vestiri possessione rei vel jure, quià recipiens efficitur ditior per feudum, quod tribuit ei gaudium & utilitatem, cum consequatur utile dominium rei in feudum datæ.

Investituræ Notatio.

Alibi vocatur Investitio. *c.1. de usu Mediolan. 1.F.28. &* Vestitura. *Quidam eã dictam asserunt â Germanico* Vest/ *quod firmum significat, undè etiam in titulis poni solet* Ehrnvest, *quasi retinens & servans honoris: hinc verbum*

verbum vestigen & bevestigen, id est firmare. Est igitur investire propriè possessionem alicui tradere, sivè possessionem stabilire, sicut contrà devestire, id est, possessionem alicui auferre, quod Feudistæ & Historici appellarunt exfestucare. Sic revestitus dicitur, cui res aliqua est restituta. Ità & verbum installandi vulgare, id est, committendi, quod etiam einsetzen à Germanis est sumptum. Giphan. de feud. c. 9. n. 5.

III.

Est verò investituræ significatio modò generalis, modò specialis.

Glos. in pr. Inst. de verb. oblig. in verb. firmum. Menoch. cons. 1. n. 24. Vult. 1. F. 7. n. 5 & 6.

IV.

Generalis est illa, quâ omnis actus, quo alicui alicujus rei possessio conceditur, quocunq; Jure aut cujuscunq; demùm juris respectu id fiat, notatur.

Vult. d. loco. per c. proposuit. de conces. præb. ubi Clericus dicitur investiri de præbendâ. Ità in antiquissimi contractus Emptionis formulâ legitur, tu venditor fuste illum investito, tu emptor fustem illum manucapito. Fustis igitur manucapitur, & hæc erat investitura. Investitura ergò erat imaginaria venditio. Cont. de Feud. c. Quib. mod. feud acquir. Et sic Longobardi videntur imitari voluisse Romanos veteres, quorum magna fuit diligentia, ne dicam superstitio in solemnibus & formulis actibus ad omnes ferè actus legitimos adhibendis. Sic in manumissione pileus servo dabatur velut insigne libertatis.

V.

Specialiter verò significat interdum ipsum investiendi actum, quæ significatio investituræ est propria: nobis Germanis die Belehnung der Lehenschafft.

Vult. d. n. 6.

VI.

Aliquandò verò significat ipsam possessionem, quæ tamen revera quiddam investituræ consequens est.

c. 1. §. fi. De nov. form. fidelit. 2. F. 7. c. 1. § si facta. si de feud. defunct. cont. sit 2. F. 26. Differt namq; investitura à possessione, differt etiam à contractu, qui inter Vasallum & Dominum initur. Contractus enim prior est, deindè sequitur investitura, posteà missio in possessionem. Et quamvis differat à contractu, tamen interdum pro ipso contractu accipitur, quia utrumq; simul plerumq; fieri solet. Duar. de feud. c. 7. n. 2.

Non-

Nonnunquam etiam denotat chartulam sivè scripturam concessionis feudi den Lehen Brieff, quæ etiam quandòq; appellatur instrumentum (a), quandoq; breve testatum (b).

(a) c. 1 vers. idcircò. de investit. de re alie. fact. 2. F. 8. (b) c. 1. de feud. Guard. 1. F. 2. Mozz. de subst. seu requis. feud. n. 34.

VIII.

Fit autem investitura vel sine vel cum rei feudalis traditione, hanc vulgò propriam illam abusivam appellitant. *Divisio.*

c. 1. in pr. Quid sit invest. ubi Dd. VI esenb. de Feud. c. 8. n. 11. Borch. c. 7. n. 4. Sonsb. par. 9. n. 2. Intrigl. q feud. 55. n. 33. Jacob. super verb. investivi. n. 1. & 2. Clar. in §. feudum. q. 36. n. 1. Iohan. Caccialup. p. 7. m. 2. n. 2. Schrad. p. 5. c. 2. n. 1. Hannet. lib. 1. c. 7. *Hanc distributionem improbat Vult. 1. F. c. 7. n. 11. dicens se valdè dubitare, An investitura debeat dividi in propriam & impropriam, multò magis an indè diversæ species investituræ constitui debeant. Distinctionem illam ab Oberto in d. c. 1. Quid sit invest. 2. F. 2. factam esse dicit. Sed Vlp. in l. 12 §. nihil commune. ff. de acquir. poss. ait, proprietatem nihil commune habere cum possessione. E. multò minus cum investiturâ, distinctionem autem rei petere ex eo, quod cum re nihil habet commune absurdum est, multò verò absurdius ex eo diversas rei species constituere. Declarat hoc contractu Emptionis & Venditionis, qui perfectus est redditus consensu, nec requiritur ad perfectionem ejus, ut res sit in præsenti, vel eius possessio in ipso contractu protinus tradatur, sit tamen interdum, ut res præsens sit & tradatur, sed ex hoc non rectè quis distinguet Emptionem Venditionem, quod alia fiat propriè, alia abusivè. Sed cum habeamus textum in d. c. 1. Quid sit invest. valdè manifestum & clarum, illum sartum tectum conservare, quàm judicio Logico, quod non semper adhiberi in consuetudinario hoc jure potest, imò non debet. l. minimè. ff. de Legib. evertere multò erit laudabilius. Aram. disput. feud. 5. th. 6.*

IX.

Propria est feudi cessio, quâ Vasallus vel alius ipsius nomine in vacuam feudi possessionem inducitur. *Definitio propriæ &*

Vult. d. c. 7. n. 7. Cujac. in c. 1. §. si verò archiepiscopus. Qui feud. dar. poss.

X.

Impropria sivè Abusiva investitura est cessio, quâ â domino non quidem possessio feudi, sed dato corporeo aliquo symbolo & se investituram facere dicente, illius nanciscendæ potestas Vasallo conceditur. *Impropriæ.*

Schon. diss. feud. 5. th. 22.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0097
DFG

XI.

Symbola illa sivè signa in feudi concessione pro diversitate Curiarum & Feudorum sunt diversa. In Ecclesiasticis enim feudis olim in Vandalicorum Episcopatuum investituris chirotecas fuisse adhibitas Crantz. in Metrop. lib. 4 author est: hodiè ferè annuli, baculi, libri dantur.

XII.

In secularibus nunc gladios evaginatos, hastas, vexilla præsertim in Ducatuum & Regnorum investituris, in minoris momenti etiam quidlibet levidense adhiberi testatur.

Ottho Frising. lib. 2. c. 5.

XIII.

Hanc impropriam investituram sequitur corporalis rei apprehensio (a), aut si sit incorporalis, patientia domini, ut investitus utatur re, de quâ investitus est (b).

a) Alvar. in c. 1. §. insuper. n. 4. De prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. b) VVesenb. de Feud. c. 8. n. 18.

XIV.

Nisi symbolum in re præsenti, cujus possessionem tradens habet, porrigatur, tunc enim possessio, quamprimùm in investitum transfertur, & investituræ propriæ annumeratur.

Andr. de Isern. in c. 1. Quid sit investit. & ibid. Matth. de Afflict. n. 4. Alvar. n. 7. & Schenck. n. 4. Iùre civili quoq; cautum est, si vicinum mihi fundum venditor ex meâ turre demonstret, vacuamq; possessionem se tradere dicat, non minus possidere me incipere, quàm si pedem finibus intulissem. l. quod meo. 18. §. si venditorem 2. ff. de acquir. vel amit poss. oculi enim longæ manus instar habentur. l. 1. §. si jusserim 21. ff. d. t.

XV.

Hæc itaquè abusiva investitura operatur illud, ut, si Vasallus ad rei feudalis traditionem agat, dominus possit præcisè cogi eam præstare, adeò ut præstando interesse non liberetur, si modò tradendi facultatem habeat.

I. per express. text. in c. 1. §. si facta. si de feud. defunct. content. sit. 2. F. 26. ubi dicitur non liberari dominum præstatione ejus, quod interest, sed compellendum tradere possessionem, quod singulare esse dicit Duar. c. 7. n. 7. II. argum. eius, quod de venditore Jure civili traditur, eum, licet ad rem præcisè tradendam teneatur, tamen solvendo id, quod interest, liberari

vari, siquidē rei tradendæ potestas ei nō fuerit. l. 1. ff. de Act. Empt. III. Idem probatur in c. 33. Lehenrecht, ubi habetur, quod dominus, qui non potest investitum mittere in possessionem, teneatur præstare id quod interest, das er jhme nicht gewehren mag das soll er jhme erstatten. Glos. in d. c. ipsi facta. & ibid. Alvarot. n. 7. Afflict. n. 2. Mynsing. obs. 61. cent. 4. Sonsbec. p. 9. n. 33. ubi plures allegat. Borch. c. 7. memb. 1. n. 17. Wesenb. c. 8. n. 15. Zas. p. 6. n. 12. Montan. c. 1. lib. 3. Schrad. p. 5. c. 2. n. 17. Rosenth. c. 6. concl. 5.

XVI.

Si verò dominus tradere detrectet, poterit vasallus propriâ authoritate feudi possessionem apprehendere.

Iacob. de S. Georg. in verb. indestivi. n. 3. de Feud. Borch. c. 7. n. 10. Zas p. 6. n. 7. Schneid. p. 4. n. 11 Rosenth. c. 6. n. 15. Iul. Clar. q. 26. n. 1. §. feudum. Hart. Hartm. pract. obs. tit. 54. de feud. obs. 6. n. 7. Non enim ad hoc, ut quis possessionem nanciscatur requiritur, ut in possessionem ducatur, sed sufficit solum, si domini voluntas ab initio adsit & eo sciente ac tacente abusivè investitus possessionem apprehendat. c. 1. de consuet. rect. feud. arg. l. minus. 2. C de acquir. poss. l. si à te emero. 16. ff. Si serv. vind. Bald. in proœm. feud. n. 24. & in tit. Quid sit invest. n. 3. Nec Obst. l. 3. C. de pignor. Quià vasallus in feudo longè plus juris habet, quàm creditor in pignore & hypothecâ, vasallus est quasi dominus, undè & rei vindicatio utilis ei datur, Creditor autem non est dominus pignoris, quamvis id vendere possit debitore non solvente.

XVII.

Hìc quotidiana in scholis & inter privatos parietes sæpè multùmquè agitata movetur quæstio, Utrum per abusivam investituram dominium utile, ut vocant, in vasallum transferatur? In negativam sumus propensiores.

I. Per textum in c. 1. Quid sit invest. qui abusivam investituram à propriâ distinguit ratione possessionis, quæ huic conjuncta, illi abest. Indè propria dicitur possessio in d. c. 1 Quid sit invest. à Bald. investitura possessiva, in quâ consistit substantia possessionis. per l. possideri. 3. § ex contrario. 5. ff. de acquir. vel amit. poss. Abusiva verò non est posita in substantiâ possessionis, sed in quodam symbolo seu signo, quod sit loco rei feudalis & à Bald. vocatur investitura significativa. Dominium autem sine possessione acquiri non posse luculenter demonstrat Hotom. illust. quæst. 11. Cont. lib. sing. disput. c. 8. II. Quià si per traditionem baculi vel alterius rei corporalis trans-

lis transferretur dominium in alium sine traditione, ad quid requireretur realis investitura, de quâ in d.c. 1. Quid sit inbest. I. Obst. c. 1. de succes. fratr. 2. F. 11. & c. 1. de consuet. rect. feud. 2. F. 23 c. 1. de feud. cognit. ubi dicitur investiturâ feudum acquiri, non igitur tantum acquiritur feudi obligatio. Resp. Iohan. Ruding. Var. lect. Iur. feud. lib. 1. c. 9. n. 19. II. Obst. Quod in dd. loc. comparentur investitura & successio. Constat autem successione ipso jure sivè traditione rei dominium transire in heredem. l. cum heredes. 23. ff. de acquir. vel amit. possess. Idem ergò dicendum videtur de abusivâ investiturâ. Resp. Ruding. d. loco, n. 20. III. Obst. c. 1. §. rei autem. De inbest. de re alie. fact. 2. F. 8. ubi generaliter ac indistinctè dicitur, Vasallum de re feudali rectè investitum à quolibet possidente posse eam vindicare: Cui autem vindicatio competit, eum & dominium eius rei, quam vindicat, habere necesse est. l. in rem. 23. ff. de rei vindic. Rt. Ruding d loc. n. 21. IV. Obst. c. 1. de probat. inbest. 2. F. 88. ibi, quicunq; igitur acquisierit beneficium sine possessionis traditione. Rt. Ruding. ibid. n. 22. V. Obst. l. clavibus. 74. ff. de contr. empt. & §. item si quis. 45. Inst. de rer. divis. ubi dicitur, dominium mercium venditarum per traditionem clavium in Emptorem transire. Quemadmodum ergò traditione clavium dominium transfertur, ità & in abusivâ investiturâ signorum interventu dominium transferri dicendum est. Petr. de Bel. Pert. de feud. c. 14. n. 8. Duar. c. 7. n. 6. Rt. Ruding. d. loc. n. 23.

XIIX.

Quod si dominus antequam Vasallus possessionem rei feudalis nanciscatur, alium insuper de eodem feudo investierit, eique possessionem tradiderit, quis eorum præferendus sit quæritur? Illum, cui prius tradita est feudi possessio, alteri præferimus.

I. Quia primò abusivè investito nec dominium nec possessio, sed actio ad ad rem tradendam acquiritur, per ea quæ præced. ibes. sunt dicta, & investiens retinuit dominium, quod ad secundo loco investitum cum traditione transtulit. l. qui tibi. C. de hered. vel act. vend. dominia siquidem rerum per traditionem transferuntur. l. traditionibus. C. de pact. II. Quia ubi duo requiruntur ad unius actus consummationem, ille prior est, in cuius personâ hæc duo prius reperiuntur. Ias. in l. quoties. 15. C. de rei vind. n. 33. & 39. Atqui hîc ad feudi consecutionem requiruntur titulus & traditio. E. ille, in quo hæc duo concurrunt, præferetur illi, qui duntaxat habet titulum. III. argum. d. l. quoties. 15. C. de rei vind. & l. multum interest

teresl. 6. C. si quis alteri vel sibi. Limitationes vide *apud Hartm. Pistor. q. 29 n. 28. & seqq.* I. Obst. *Quod feudum alicui concessum non debeat ei sine justâ causâ auferri, c. 1. de feud. sine culpa non amit. 1. F. 21. E. non licet domino, postquam unum investivit, alium de eodem investire, quia videtur feudum prius datum adimere sine justâ causâ.* Resp. *Hartm. Pistor. d. q. 29. n. 17.* II. Obst. *In feudo idem operatur investitura, quod traditio rei. c. 1. Quib. mod. feud. const. poss. 1. F. 25. Et ex investiturâ factâ primo vasallo competit rei vindicatio. c. 1. §. rei. de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. E. prior investitus præferendus est.* Resp. *Bronckh. cent. 2. ass. 86.* III. Obst. *c. tibi qui. 12. & c. duobus. 14. de rescript. lib. 6. ubi definitur eum, cui prius beneficium concessum fuit, præferendum esse illi, qui secundo loco impetravit, quamvis hic possessionem nactus fuerit.* Resp. *Hartm. Pistor. d. loco.* IV. Obst. *Quod princeps contractibus ligetur, nec debeat quenquam decipere.* Resp. *Fach 7. contr. 32.* V. Obst. *Quod princeps absque traditione dominium possit transferre. l. ult. C. de SS. Eccles. Rr. Fach. d. loco.* VI. Obst. *c. 1. §. fin. de nov. form. fidel. 2. F. 7. & c. 1. §. si facta si de feud. defunct. cont. sit int dom. & agnat. 2. F. 26. qui textus volunt Dominum præcisè teneri vasallum in possessionem mittere.* Resp. *Fach. d. loco. & Ioh. Ruding. d. lib. 1. var. lect. Iur. feud. c. 10.*

XIX.

Et hoc adeò verum putamus, ut licet secundo investito feudi possessio tradita sit cum clausula, salvo jure primi investiti, nihilominus tamen præferatur primo investito, cui possessio tradita non est.

Quia primus investitus nullum jus habet contra secundum, quod itaq; nullum est, per protestationem non potest reservari. Præpos. in c. 1. §. si facta. si de feud. defunct. cont. sit. & ibid. And. de Isern. n. 3. Laud. n. 2. Alvar. n. 9. Zas. p. 6. n. n. 25. Rosenth. c. 6. concl. 10. Borch. c. 7. n. 16. Vult. l. F. 10. n. 11. §. adeò autem verum est.

XX.

Hac tamen specie priori investito obligatur dominus ad interesse, hoc est vel ad solvendam pecuniam feudo æquivalentem, vel ad feudum consimile parisq; æstimitionis præstandum.

c. 1. ubi Dd. de inv. est. le re alie. fact. 2. F. 8. c. 1. si de feudo vasal. ab aliq. interpel. fue. 2. F. 25 VVesenb. c. 8. n. 15. Hartm. Pist. q. 29. n. 3. Mynsi. obs. 61. n. 16. cent. 4. Schurf. cons. 53. n. 16. cent. 1. Borch d. c. 7. n. 17.

XXI.

Utraque hæc investitura non tantum â domino, sed etiam ejus pro-

jus procuratore vel nuncio fieri potest, quemadmodum & per eundem speciale mandatum habentem accipi.

c.1.§ sed utrum. Per quos fiat invest. 2.F.3. c.1.§.item investitura. De not.feud. 2.F. 58. Blanch. lib.1.feud. c.3.n. 24. Sonsb. p.9.n.4.

XXII.

Non tamen facilè in feudis imperialibus procurator admittitur, aureâ bullâ Caroli IV. tit.5. expressè de his cavente, ut vel ab ipso Imperatore, vel vacante imperio ab Electore Palatino Rheni in partibus Rheni & Sueviæ conferantur.

Cujac. lib.1.Feud. tit.21. circa fi. & lib.2-tit.4.

XXIII.

Potest porrò investitura fieri non tantum de feudo jam aperto, sed etiam aperiendo, vasallo familiæ & agnationis ultimo moriente & feudi caducitatem caussante.

c.1.§.fin. De feud. dat. in vic. leg. com. 1.F.27. c.1.§. moribus. si de feud. defunct. cont. sit. 2.F.26. Gail. 2. obs. 155. Hartm. Pistor. q.25.n.7.8.& 9. Vult. d.c.7. n. 48. Borch. d.c.7. n.18.

XXIV.

Nec refert de speciali, putà Titii, vel generaliter de feudo eo, quod domino primum apertum fuit, quis investiatur.

Matth. de Afflict. c.1. n.7. Qui succes. teneant. 1.F.9. Schneid. p.3.n.91. vers. quod si indistinctè. & vers. seq. Vult. d. n 48. in fi. Feudum verò ità generaliter concessum vulgò dicitur ein Jhrlehen/ wan der Herr sagt/ Wir lehen dir das Lehengut/ so zum ersten verlediget vns heimb fellt es sey groß oder klein.

XXV.

Quinimò vasalli possidentis feudum consensus hoc casu non requiritur, dummodò eo vivente nullum detrimentum de suo feudo sibi contingat.

d.c.1. §.fi. de feud. dat. in vic. leg. commis. 1.F.27. Intrigl. q.64. n.9. Hartm. Pist. q.30. n.4. & seqq.

XXVI.

Sed quid num successor Domini teneatur habere ratam investituram factam de feudo vasalli viventis? Si ille jure successionis succedat ajo.

l. per text. in c.1. Qui succes. teneant. 1.F.9.c.1. in pr. Qui succes. feud. dar. ten. 1.F.3.c.1.§. moribus. si de feud. defunct. cont. sit. II. argum. l. Veteris. 13. & l. fin.

C. de

C. de contrab. & commit. stip. III. *Quià una quodammodò est persona heredis & eius, à quo hereditatem suscepit. Nov. 48. in pr. ideò respectu additæ hereditatis voluntatem defuncti suo consensu confirmare debet. l. si ab eo. C. de liber. caus. nam ex quâ personâ quis lucrum capit, ejus factum præstare debet. l. ex qua persona. 149. de R. J. cur enim recusaret heres, quod retractare non poterit is, cuius hereditatem suscepit. l postulante. 44. ff. ad SC. Trebel.*

XXVII.

Quod adeò verum est, etiamsi in investiturâ heredis nulla sit facta mentio (a), vel feudum sub illâ formulâ concessum sit, si feudum nobis apertum fuerit (b).

a) arg. d. l. veteris. 13. & l. fin. C. de contrab. & commit. stipul. Schenck Baro in c. 1. Qui succeff. teneant. n. 2. Hartm. Pist. q. 26. n. 1. b) Quià dictio mihi *vel* nobis *hoc operari non solet, ut propterea obligatio minus ad heredes transeat, cum etiam stipulatio, quæ tamen est stricti juris, non videatur coarctata ad personam stipulatoris vel promissoris, quamvis nullâ heredum factâ mentione adjecta fuerit dictio* mihi. *l stipulatio ista. 38. §. sicut autem. 5. ff de verb. oblig.* II. *Quià hæc verba necessariò apposita sunt, ut investitura, quæ purè facta non valeret, saltem hac ratione subsistat. Et inducta in unum finem, contrarium operari non solent. l. legata inutiliter. 19. de Leg. 1.*

XXIIX.

Qui verò jure Electionis succedit, ut Episcopus, non tenetur sui antecessoris aliquem de feudo alterius Vasalli viventis sub illâ conditione, si feudum sibi apertum fuerit, investientis investituram ratam habere, si is ante possessorem feudi fatis concesserit, etiamsi pares illius curtis testes adfuerint, vel breve testatum factum sit.

Bald in l. 1. & ibi Iaf n. 14. ff. de constit. princip. Dd. in c. 1. Qui succeß feud. dar. teneant. 1. F. 2. per text. ibid. & c. 1. §. si dominus. Quib. mod. feud. constit. poss. 1. F. 25. Quià Episcopi *& præsules Ecclesiarum præsentium tantum rerum, non etiam post mortem suam gerendarum habent administrationem. c. si. 12. q. 1. non itaq; falcem veluti in messem injicientes alienam successoribus præjudicare poterunt. Bald. in l. emptorē. C. de Locat. & cond. Qui enim in ipsorum loca substituuntur, non successionis jure, sed vel postulationis vel electionis, & sic novo titulo & novo jure ad illam dignitatem sivè*

officium ascendunt. §. 1. de præbend. c. Apostolica. 8. q. 1. c. 2. Ext. de concess. præbend. Non mirum igitur, cum nullam ab antecessoribus habeant causam, cur factum eorum præstare non teneantur. Bald. in d. l. 1. & ibi Ias. n. 14. de constit. princip.

XXIX.

Magis verò dubitatur, an in hoc casu successor Episcopi teneatur habere ratam investituram antecessoris cum consensu capituli factam de feudo Vasalli adhuc viventis? Aff.

I. Quià licet contractus ab Episcopo celebratus personalis plerumq; esse, & cum contrahentis personâ plerumq; extingui soleat, si tamen consensus capituli accesserit, realis fit, atq; adeò etiam successorem obligat, ut tradunt Dd. in c. ult. Ne prælat. vic. suas. quoniam respectu capituli persona contrahentis nunquam variatur, sed semper eadem existit, quippè cum Ecclesia nunquam moriatur: c. signatiosè. De rescript. in 6. II. Quià Episcopus beneficio capituli ad honores ascendit, rerumq; Ecclesiasticarum emolumento fruitur, non immeritò igitur astrictus est ad præstandum id, quod gestū est per capitulum, ut proindè factum illius personæ exequatur, cujus beneficio lucrum est consecutus. l. ex qua persona. 149. de R. I. I. Obst. Quod jura in d. c. 1. Qui succes. feud. dar. teneant. & in d. c. 1. §. si dominus. Quib. mod. feud. constit. poss. sint generalia, generaliter itaq; etiam intelligenda, ubi enim lex non distinguit, neq; nos distinguere debemus. l. de pretio. 8. ff. de publicia. in rem act. Rt. Hartm. Pist. q. 27. n. 25. II. Obst. Quod text. in d. c. 1. Qui succes. feud. dar. teneant. postquàm hanc tradiderat Regulam, successorem Episcopi ex ejusmodi investiturâ obligatum non esse, indè hunc tantummodò casum excipit, nisi ille qui investituram acceperit, nomine ejus feudi in possessionem missus sit. Hæc enim ipsa exceptio denotare videtur, regulam in omnibus aliis casibus, uno hoc excepto, locum habere, cum de naturâ exceptionis sit declarare Regulam, & eius vires ad omnes alios casus, præter eum, qui excipitur, porrigere. l. maritus. C. de procurat. Resp. Hartm. Pist. d. loco. n. 28. III. Obst. Quod licet capitulum consenserit, is tamen consensus non videatur principaliter considerandus, sed duntaxat accessorium quiddam esse ad concessionem Episcopi, qui principaliter investituram dedit. Ex quo fit, ut actu principali morte Episcopi extincto etiam consensus iste corruat juxta regulam vulgatam. l. eum principale. de R. J. Rt. Hartm. Pist. d. loco. n. 30. IV. Obst. Quod consensus ad unum effectum præstitus, non debeat alium operari. l. jubemus.

C. ad

C. ad SC. Vellejan. nam capitulum ideò consensisse videtur, ut robur addat investituræ à præsule factæ, quæ alioqui non subsisteret. Non igitur hoc ipso obligationem perpetuare voluit, cum præsertim ù, qui consentit, authoritatem præstando actui ipsemet obligari non soleat. l. cum quædam. C. de administ. tut. Rt. Hartm. Pistor. d. loco n. 35. uti & aliis adhuc contrarius.

XXX.

Utrum autem, ut propter consensum capituli successor Episcopi obligetur, necesse sit, ut consensus iste capituli mox ab initio interveniat, an verò sufficiat, ut ex intervallo accedat? Et nihil refert puto ante vel post investituram consenserit capitulum.

I. Quià certum est investituram hanc de bonis infeudari solitam etiam sine consensu capituli legitimè fieri posse. c. 1. Qui successs teneant. non igitur hoc casu consensus capituli solemnitatis gratia requiritur, sed ideò tantum adhibetur, ut non solum prælatus, sed etiam capitulum, cuius maximè interest, obligetur, atq; hac ratione investitura, quæ morte prælati alioqui, exspiraret, ex obligatione capituli, cui prælatus præjudicare non potuisset, etiamnum sustineatur, id quod cum ipsâ substantiâ actus à prælato gesti, eo jusdemq; solemnitate nihil habet commune. II. Quià omnis ratihabitio generaliter mandato comparatur, prorsus retrotrahitur & confirmat omnia, quæ ab initio facta sunt. l. ult. C. ad SC. Macedon. c. ratihabitionem. de R. J. in 6. Nec obst. Quod ubicunq; consensus alicuius ad solemnitatem negotii requiritur, præsertim quandò alioqui sine consensu isto actus nullus foret, tum necesse sit, ut consensus eo tempore, quo actus geritur, interveniat, neq; sufficit eum postea ex intervallo accedere. text. in c. auditis. de Elect. At investitura Episcopi successorem regulariter non obligat. d. c. 1. Qui succes. teneant. Sed si indè obligatus esse debet, necesse est ut accedat consensus capituli, atq; idcircò consensus hoc casu ad obligandum successorem pro solemnitate & formâ substantiali requiri videtur, quamobrem in ipso actu adhiberi debebit, non autem sufficiet eum postea demum accedere, cum præsertim alioqui, nisi capitulum consensisset morte prælati penitus ad nihilum redigeretur investitura ab illo concessa. Rt. enim Hart. Pist. q. 30. n. 37.

XXXI.

Sed quid num investitura facta de feudo Vasalli adhuc viventis valeat, si ea coram paribus Curiæ facta non fuerit, neque testimonio eorum probari possit? Aff.

Notandum verò hic, nos cum Hartm. Pist. q. 30. non intelligere investituram abusivam vulgò ità dictam, sed tantum promissionem de investiendo in casum mortis, quam de Cadacitate successionis appellat Bald. in c. 1. §. moribus. si de feud defunct. cont sit. Et est ratio. I. *Quod inter has duas investituræ species magna sit diversitas, quià ea, quæ de feudo adhuc viventis in casum mortis eius fit, non tam investitura, quàm promissio de investiendo dicitur, aliud autem est investire, aliud verò promittere de investiendo gl. in l. Titius. De pign. act. & in l. bonæ fidei. ubi Iaſ. ff. de eo quod cert. loco.* II. *Quià usitatum fuit in abusivâ investiturâ, quæ testes requiriti, ut per signum aliquod externum, utpotè hastam vel aliud quoddam corporeum porrigatur â domino. c. 1. Quid sit invest. 2. F. 2. quod in promissione de investiendo exigi nunquam scriptum legimus.* III. *Quià multi casus possunt contingere, qui quominus eiusmodi investitura effectum sortiatur, impediant, utpotè quod liberos possessor suscipiat: frustratorium itaq; videtur, cum adhuc sub dubio eventu pendeat, hanc testium solemnitatem ità exactè requirere, sicut in aliâ investiturâ, cujus effectus jam ante oculos est positus.* I. Obst. *c. 1. in pr. Qui test. sunt necess. 2. F. 32. c. 1. §. si quis. Si de invest. int. dom. & Vasal. lis oriat. 1. F. 26. c. 1. Quid sit invest. 2. F. 2. c. 1. in pr. vers. quod autem. De consuet. rect. feud. 2. F. 33. & c. 1. §° 1. & §. idcircò. De not. feud. 2. F. 58.* Ex *quibus locis patet, utq; adeò requiriti in investituris parium testimonium, ut etiamsi dominus ipse investituram factam esse confiteatur, tamen ea non subsistat, & ne ità quidem si breve testatum â paribus non subscriptum in promptu sit vel ad manũ habeatur. d. c. 1. in pr. Qui test. sunt necess. Rx. Hartm. Pist. d. q. 30. n. 6.* II. Obst. *c. 1. Qui succes. feud. dar. ten. 1. F. 3. Rx. Hartm. Pist. d. loc. n. 11.*

XXXII.

Fieri autem debet investitura coram testibus idoneis, & ad minimum duobus (a) hominibus liberis (b) masculis (c) paribus curiæ (d).

a) c. 1. §. si quis. ibi. per duos pares. Si de invest. inter dom. & Vasal. lis oriat. & c. 1. in pr. Quid sit invest. 2. F. 2. b) c. 1. §. 1. vers. alioqui. ibi, liberos tamen. De not. feud. 2. F. 58. c) c. 1. in fi. Qui test. sunt necess. ad nov. invest proband. 2. F. 32. (d) d. c. 1. vers. testes verò. Si de invest. int. dom. & Vasal. lis oriat. d. c. 1. in pr. Quid sit invest. c. 1. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. Pares *autem curiæ sivè Curtis, pares domus sivè de domo, quæ synonima sunt, in jure feudali dicuntur ii vasalli, qui in eodem sunt domini territorio. Sonsbec. de feud. p. 14. n. 2. & 4. VVesenbec. de feud. c. 17. n. 3. Mynsi cent. 4. obs. 89. Vult. lib. 1. c. 7. n. 24.*

Extra-

Extranei verò non sufficiunt, ità ut si adhibeantur, investitura non valeat, etiamsi dominus ipse confiteatur investitu ram factam esse.

d. c. 1 in pr. Quid sit invest. & d. c. 1. Qui test. sunt necess. Rationem reddunt DD. ne quid falsitatis excogitetur in perniciem domini aliis testibus inductis corruptis fortè pecuniâ vel odio vel gratiâ. *d. c. 1. in pr. vers. tester. si de invest. int. dom. & vasal. lis oriat.* quæ in partibus Curiæ utpotè arctiore vinculo domino obstrictis metuenda vel suspicanda non sunt *d. c. 1. §. item sciendum vers. idcirco de not. feud. Intrigl. q. feud. 23. n. 35. Vult. c. 7. n. 26. Schneid. p. 4. n. 13.* Quæ ratio non videtur sufficiens, nam licet extranei testes factam investituram negent, dominus verò confiteatur, eam non valere probatur in *d. c. 1 Qui test. sunt necess.* Verior videtur Schenck ad *d. t. sententia*, quod placita feudorum pares Curiæ requirant ut solemnitatem. *text. in d. c. 1. Qui test. sunt necess. ibi, sine hac solemnitate.* Solemnitas autem alicujus actus â Jure inventa, ut substantialis ejus forma nisi strictè observetur actus ipse nullus est. *l. Iulianus. 9 §. sed si quis rem ff. ad exhib. l. si is qui quadraginta. 80. §. quædam legata. ff. ad Leg falcid. l. cum. 8. §. si prætor. ff. de transact.*

XXXIV.

Et hoc verum est in investiturâ novâ, vetus enim renovari potest extraneis etiam adhibitis.

d. c. 1. in fi. Qui test. sunt necess. ad nov. invest. prob. 2. F. 32.

XXXV.

Requirimus autem solum pares Curiæ pro idoneis, si haberi possunt, quod si minus, etiam extraneos admittimus.

d. c. 1. §. si verò. Quid sit invest. d. c. 1. vers. quod autem. De consuetud. rect. feud. & d. c. 1. §. 1. de not. feud.

XXXVI.

In Clericorum feudo pariter accipiendos esse pares & extraneos communiter Dd. statuunt (a), quamvis non improbabiliter ab eis Schon. dissentire videatur (b).

a) per c. 1. in fi. pr. si de invest. int. dom. & vasal. lis oria. 1. F. 26. ratione additâ, quod Clerici sæpè absconsè & sine præsentiâ suorum confratrum quosdam de feudo investiant. Schneid. de feud p. 4. n. 24. Duar. c. 7. n. 3. Sonsb p. 4. n. 19. Borch. c. 7. n. 28. Vult. 1. F. 7. n. 28. b) lib. 1. disp. 5. th. 102. lit. e.

XXXVII.

Et ità testibus investitura probatur: aliquandò quoq; scripturâ interveniente fides fit.

d. c. 1. § 1. vers. si autem. Quid sit inveſt. c. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. l. F. 3. c. 1. §. item ſi vaſallus. ſi de inveſt. feud. contr. fuer. l. F. 4. c. 1. Qui teſt. ſunt neceſſ. 2. F. 32.

XXXIIX.

Appellatur illa breve teſtatum (a), inſtrumentum publicum & tenor inveſtituræ (b), Germanis Lehen Brieff.

a) c. 1 §. 1. de feud. Guard. 2. F. 2. d. c. 1. Qui ſucceſſ. feud. dar. teneant. Vult. l. F. 7 n. 42. & ſeqq. Intrigl. feud. 55. n. 73. & q. 56. n. 37. & ſeq. b) c. 1. in pr. vers. ſi enim domino. & §. 1. vers. ſi autem. Quid ſit inveſt. 2. F. 2. c. 1. vers. idcirco. de not. feud. 2. F. 58. Schneid. p. 4 n. 20. Intrigl. d. q. 56. n. 36.

XXXIX.

Ex his itaquè an ſcriptura neceſſariò & pro ſolemnitate inveſtituræ requiratur decidi poterit: in probatione quidem ei magnum pondus tribuimus, attamen infra ſubſtantiam eam ponimus.

l. per d. c. 1. vers. nam ſi inſtrumentum defecerit. & ibi Alvar. Quid ſit inveſt. II. per l. 4. ff. de pignor. & l. pactum. 17. C. de pact. ubi pacta conventa valere dicuntur etiam ſine ſcripturâ, quià ut dicitur in d. l. 4. ſcriptura de his fit, ut quod actum eſt per eam facilius probari poterit, & ſine hac valet quod actum eſt, ſi habeat aliundè probationem. Sonsb. p. 9. n. 23. & ſeqq. VVeſenb. c. 8. n. 31. Vult. d. c. 7. n. 42. Roſenth. c. 6. concl. 4. Schneid. p. 4. n. 20.

XL.

Si tamen inter partes convenit ut inſtrumentum conficiatur, eo caſu inveſtitura non intelligitur eſſe perfecta, antequàm ſcriptura facta ſit.

per pr. vers. in his autem. Inſt. de empt. vendit. l. contractus. 17. & ibi VVeſenb. C. de fide inſtrum.

XLI.

De conſuetudine quoquè Germaniæ literæ inveſtiturarum fiunt non tantum ſuper novo feudo, ſed etiam in renovationem feudi antiqui, daß man die Lehenbrieff vernewert / in quibus res in feudum datas & earum confines exprimi valdè prodeſt.

Alvar. in d. c. 1. n. 6. & ibi Andr. de Iſer. & Raben. Qui teſt. ſunt neceſſ. Schneid. d. p. 4. n. 29. & ſeqq.

XLII.

Et ſufficit hodierno uſu ſcripturam â domino feudi ſubſcribi & ſigillari, quam ad rem principes & majores Domini plerumquè ſigillis ad id factis, vel ſigillis majoribus uti ſolent.

Roſenth. d. c. 6. n. 112. Vult. l. F. 7. n. 42.

Hinc

XLIII.

Hinc si vasallus sibi dari petat ejusmodi scripturam vel instrumentum dominus omninò (a), sicut vice versâ vasallus ejusdem argumenti apocham, quam Reversale ein Reverß vocant, dare tenetur (b).

a) V Vesenb. c. 8. n. 15. vers. deindè ut dominus. & n. 31. Iohan. Blanch. lib. 1. c. 3 n. 53. Bald in l. instrumentum. C. de fide jussf. dat. Dec. cons. 173. per l. sicuti datam. 26. C. de liber. caus. prodest enim vasallo & domino non obest arg. l. rescripta 7. C. de precib. Imp. offer. l. creditor. 52. ff. de act. Empt. c. Ecclesiasticis. 12. q. 2. b) Bald. & alii in l. plures apochis. C. de fide instrum. Schneid. p. 5. n. 117.

XLIV.

Investitura porrò fit vel purè vel in diem, vel sub conditione (a) eaque honestâ & possibili (b).

a) d. c. 1. Qui succes. ten. 1. F. 9. & d. c. 1. Qui succes. feud. dar. ten. 1. F. 3. Non obstante l. 77. de R. J. in quâ negatur actus legitimos recipere conditionem. Quia hic mores feudales prædominantur & ut Plautus ait, legem pertraxerunt in potestatem suam. b) arg. §. si impossibilis, & §. pen. Inst. de inutilib. stipul.

XLV.

Tempus petendæ investituræ novi beneficii jure feudali definitum non est, sed solet dominus pro suo arbitrio & commodo diem vasallo novo constituere dandæ investituræ: quod si ter citatus & admonitus non venerit nec fidelitatem promiserit, dominus eum investire non cogitur.

c 1. §. 1. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2. F. 24. ubi Alvar. Iacob. de Belvis. Frider. Schenck. & alii, V Vesenb. c. 8. n. 2.

XLVI.

Antiqui verò feudi renovationem infra annum & diem a morte domini petere vasallus necesse habet, aliàs feudo privatur (a), si sc. sciviſſet mortem domini, quià istud tempus currit â tempore scientiæ mortis, ignoranti enim non currit præscriptio (b).

(a d. c. 1. in pr. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. c. 1. de Capit. Corrad 2. F. 40. c. 1. Quo tempor. mil. invest. 1. F. 22 Camerar. de prohib. feud. alie. per Frider. Afflict. in c. 1. §. fi. n. 17. Quib. mod. feud. amit. Ardizon in sum. sua, rubr. 45. & 72. Blanc. c. 1. n. 47. Jacob. de S. Georg. in verb. dictiq; vasalli promiserunt non committere. n. 2. Ferrar. in forma libelli, quo agitur ad revocat. feud. in verb. nec superstitibus. Hart. Hartman. tit. de feudis. obs. 9. 11. & 24. Cur autem

anum

annus & dies potius, quàm aliud spatium præfinitus sit, vix dum ratio certa, quâm quod consuetudine ità inveteratum, & hoc tempus moderatum ac sufficiens visum, reddi potest. Alvar. in d. c. 1. n. 6. & Præpos. ibid. n. 2. Quæ fuit prim. caus. benefic. amit. Iul. Clar. in §. feudum. q. 49. n. 1. in fi. Moz. de subst. feud. n. 40. aliam rationem adfert Borch. d. c. 7. n. 31. Iure verò Saxonico intra annum & sex septimanas recognitionem faciendam esse docet Vult. d. c. 7. n. 61. ex Lehenrecht. c. 25. b) Ioh. Raynald. in c. imperialem. § prætereà. De prohib. feud. alie. per Frider.

XLVII.

Si verò moriatur vasallus, infra dictum tempus quoquè peti debet investitura ab ejus heredibus.

c. 1. §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. d. c. 1. in pr. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. Ratio verò petendæ renovationis investituræ præcipua est, quià petitio investituræ est quidam quasi census devotionis, recognitionis & reverentiæ, quæ debet domino præstari, & si non fiat, res incidit in commissum. d. c. 1. de prohib. feud. alie. per Lothar. Altera est, ut vasallus intelligat se beneficio potius quàm successione feudum obtinere. Hotom. cons. 30. & 32. n. 2. faciunt notata Iason. & aliorum in l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & posth. Tertia, ne Jura domini obliterentur, nec vasallus aliquam ignorantiam, aut præscriptionem prætendere possit. Bald. in c. 1. de consuet. rect. feud. & in auth. quas ruinas. C. de SS. Eccles. Laurent. Sylvan. de feud. recognit. q. 12. n. 1. Videatur Borch. d. c. 7. n. 30. & Vult. d. c. 7. n. 58.

XLIIX.

Minor tamen 14 annorum excusatur â pœnâ privationis, si non petiisset renovationem investituræ.

c. 1. vers. prætereà. de prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. d. c. 1. vers. si quis dedecesserit. si de feud. defunct. cont. sit. Moz. c. 3. feud. n. 43.

XLIX.

Major verò 14 annis, minor tamen 25. feudo privatur (a), sed gaudet beneficio restitutionis in integrum (b).

a) c. 1. vers. prætereà si quis infeudatus maior. De prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. ubi glos. Iacob. de Belv. Petr. de Cerbo. Isern. Bald. n. 1. Alvar. n. 1. & 2. Præpos. Laud. n. 1. & seqq. Molin. in consuet. Paris. §. 1. glos. 7. n. 2. Brunus cons. 100. Et quamvis Matth. de Afflict. in d. vers. prætereà si quis. n. 2. & 3. inconstanter & obscurè loquatur, quasi velit minorem ipso jure tutum, tamen non est verisimile eum hoc sensisse contra textum tam rotundum & manifestum, potius igitur præsumitur ipsum magis ibi de quadam constitutione regni agere. b) glos. in d. vers. prætereà si quis. in verb. quatuordecim. de

probib.

probib. feud alie per Frider. Jacobin.de S.Georg. in verb.qui quidem investiti præstiterunt n.43. Diß.Frider.Schenck. liber Baro à Tautenberg. in d.vers. prætereà n.1.& seqq.Francisc.Sonsbec.subdubiè.p 11.n.22. quorum argumentis facilè respondetur ex generalitate textus in d.§. prætereà si quis. aliud nihil concludat, quàm quod major 14. annis, si post decimum quartum annum cessarit anno & die feudum amittat, sed indè non sequitur, quod propterea contra hanc amissionem non restituatur, quoniam id frequens est in legibus, ut lex dicat minorem quidem amittere, & tamen restitutionem propterea non excludat sicut re ejus usucapione amissâ. tot.tit. C. si adverf. usucap.

L.

Ità infamia domini, non tamen quævis sed magna vasallum ejusque heredem excusat, ut tempus legitimum adversus eos non currat(a), quemadmodum & domini absentia justa vel injusta, probabilis vel improbabilis (b).

a) Putà si dominus esset excommunicatus vel bannitus, quo casu vasallus interim solutus est sacramento fidelitatis, & durante excommunicatione ad servitia domino præstanda non tenetur. c.1. Hic finitur lex. Excommunicatus enim de jure est vitandus, nec cum eo habenda est conversatio. c. cum excommunicatio. 11.q.3.c.nulli. c.cum ab homine. De sentent.excom. ideò impedimentum causatum culpâ domini non debet præstare nocumentum ipsi vasallo. Matth.de Afflict.in d.c. 1. Hic finitur lex. item si esset hæreticus. Et hoc intelligimus de infamiâ domini, non vasalli, quæ cum ex propriâ culpâ contingat, non debet ideò excusari arg.l.sivè hereditaria. ff. de negot.gest.l. verum. §. tempus. ff. pro Soc. b) Si tamen dominus reliquerit procuratorem seu commissarium specialem ad recipiendas investituras, à tali procuratore debet renovatio petiri. Schneid p.5.n.39. In vasallo distinguimus, an ejus absentia sit necessaria & probabilis, an probabilis tantum vel voluntaria. Primo casu, forsan quod Reipub. causâ absit, & secundo quod iverit ad expeditionem suæ guerræ, succurritur tali absenti ope restitutionis. Tertio verò casu, quandò absentia est voluntaria & non est justa, non excusatur nec distinguitur, potuerit dimittere procuratorem vel non. l. qui data opera. l sed etsi per prætorem. §. fi. cum l.seq. ff. Ex quib.caus.maj. Moz. d.loc.n.45.

LI.

Inimicitiæ quoq; graves & capitales inter dominum & vasallum sine vasalli culpâ ortæ excusationem præstant.

c.1. Quo temp. inbeſt. pet. deb. 1. F. 22. adeò ut vaſallus ne literis quidem ſalvi conductus â domino datis fidere cogatur. Sylvã. de feud. recognit. q. 45. Schrad. p. 6. c. 2. n. 35.

LII.

Quæ excuſatio durat, quàm diu iſtæ inimicitiæ reconciliatæ non fuerint.

Præpoſ. in c. 1. Quo tẽp. mil. n. 15 & ibid. Mart. Laudens. n. 30. dum ait, quatenus durat cauſa neceſſitatis, eatenus durat & indulgentia ob neceſſitatem conceſſa. per l. 1. ff. de feriis. l. Titia. §. uſuras. ff. de Legat. 2. Corbul. de Jur. Emphyt. c. 5. n. 15. in fi. Laurent. Sylvan. de feud. recognit. q. 48. n. 2. quià inquit, juſta cauſa non minùs durat poſt duplicatum tempus, ſicut anteà: & ſibi imputet cur diſcordiarum author & cauſa exſtiterit. Roſenth. c. 6. concl. 54.

LIII.

Imò excuſatur vaſallus non tantum ob inimicitias inter vaſallum & dominum, ſed etiam inter ipſum vaſallum & tertium natas, ob cujus juſtum timorem dominum adire non audet, putà quòd fortè per ipſius loca iter faciendum ſit.

Iacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem inbeſtiti præſiterunt. n. 51. Sylvan. q. 44. n. 6. Schneid. p. 5. n. 45. Schrad. d. p. 6. c. 2. n. 34. niſi vaſallus tam potens ſit, ut ſine metu inimicorum dominum adire poſſit. Sylvan. d. q. 44. n. 7. Aurel. Corbul. in tract. de jur. Emphyt. c. 5. n. 15.

LIV.

Legitimum quoquè impedimentum præſtat vaſalli incarceratio.

Zas. p. 7. n. 4. Laurent. Sylvan. de feud. recog. q. 77. Schrad. p. 6. c. 2. n. 42. verſ. & hæc procedunt. Roſenth. c. 6. concl. 52. Vult d. c. 7. n. 78. qui hoc adeò verum eſſe dicit, etiamſi culpâ vaſalli facta ſit incarceratio. Præpoſ. in d. c. 1. n. 6. Quo temp. mil. inbeſt. Corbul. d. c. 5. de Jur. Emphyt. n. 23. Sed hoc caſu tenetur incarceratus procuratorem mittere, arg. l. ſed etſi. 16. §. 1. ff. ex quib. cauſ. maj. & ibi interpp. l. Papinianus. 20. ff. de Minor. Præpoſ. in d. c. 1. Quo temp. miles. quamvis Sylvan. d. q. 77. n. 5. contrarium teneat, modò incarceratus mittendi facultatem habeat, & id Juri Saxonum conſentaneum eſt. per text. im Lehenrecht. artic. 24.

LV.

Sic vaſallus excuſatur, quandò dominus eſt in loco peſtifero, ad quem ſine mortis periculo non poteſt haberi aditus.

per notata â Dd. in l. ſed ſciendum. 7. & ſeq. ff. ad SC. Trebellian. in c. ad ſupplicationem Ext. de renunciat. Præpoſit. in d. c. 1. n. 2. Quo temp. mil. nam locum

eum pestis quis licitè fugit. c. negotiatorem. 88. distinct. Et stare in loco pestis, inquit Panorm. in c. cum dilecti. De dolo & contumac. est tentare Deum, subjiciens quod homo debeat laborare quantum in se est, ut mortem effugiat, & debet se committere misericordiæ Dei. c. si nullo. 23. q. 8. Et hinc studiosus ob ingruentem pestem domum in annum conductam relinquens excusatur à præstatione totius anni, & tenetur tantum ad præstationem illius temporis, quo domum inhabitavit. Rebuff. in l. 1 privileg. universit. Menoch. remed. 10. recuper. possess. n. 100. Roland. à Valle cons. 81. n. 34. cum seqq. vol. 1.

LVI.

Quemadmodum & eo casu, quo tertius feudum possidet, tunc enim tempus renovationis petendæ non currit, nisi à die possessionis adeptæ.

Feudistæ com. in c. 1. quæ fuit prim. caus. benefic. amit. Bald. Salycet. & Paul. de Castr. in l. solemnibus. C. de rei vindic. vasallus enim privatur feudo propter contumaciam. d. c. 1. Quo temp. mil. non potest autem dici contumax quandò non possidenti tum etiam ut vasallus feudo privetur requiritur dolus. c. 1. de capit. Conrad. 2. F. 40. c. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. F. 52. Sed non possidenti dolus adscribi non potest. Schneid. d. p. 5. n. 36. Alvar. in d. c. 1. n. 11. in fi. Qua fuit prim. caus. benefic. amit. Clar. in §. feudum. q. 94. n. 8. Moz. de subst. feud. n. 50. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. n. 38. Paris Deputeo. De feud. redintegr. c. 42. n. 3. Curt. p. 4. n. 43. Jacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem inbestiti. ubi dicit hanc sententiam audaciter sequendam esse.

LVII.

Modò tamen diligentiam adhibuerit vasallus in recuperando feudo à tertio possessore, nam si esset negligens, curreret contra eum tempus perindè ac si possideret.

Præpos. in d. c. 1. n. 2. circa med. Quo temp. mil. Hartm. Hartm. practic. obs. tit. de feudis. obs. 12. Zas. p. 7. n. 5. Roland. à Valle cons. 18. in fi. vol. 1. Borch. de feud. c. 8. n. 22. Schneid. d. p. 5. n. 96. Vult. d. c. 5. n. 81. in fi.

LIX.

Ità omnis metus, qui in virum constantem cadere potest, excusat, cujusmodi est latronum incursus, bellum (a), tempestates & inundationes aquarum, nisi vasallus tardaverit prius nimis arctando se ad finem temporis (b), & similes (c).

a) Maximè si vasalli pater cum suo domino bellum gerat. b) juxta l. 2 §. si quis. ff. si quis caut. Moz. de subst. feud. n. 45. Serv. secundo. Sonsb. p. 11. n. 23. c) de quib. vide Dd. alleg. loco, & Vult. d. c. 5. n. 76. & seqq.

LX.

Peti porrò debet hæc renovatio loco & tempore congruis & oportunis.

Chass.

Chassan. in consuet. Burg. rubr. 3. tit. des fiefs. §. 1. vers. au lieu & maison. n. 4. & 6. Schrad. p. 6. c. 3. n. 10. Zas. p. 7. n. 5.

LX.

De nocte enim vel prandii tempore, nisi ex necessitate vel culpâ domini id fiat, fieri nequit.

Chassan. d. loco. n. 6. arg. l. si soluturus. 39. ff. de solut. Zas. d. loc. Alvar. & Præpos. in d. c. 1. Quo temp. mil. vers quæro an vasallus.

LXI.

Et quamvis dominus tempus prolongare possit (a), minuere tamen & coarctare non potest (b).

a) Dd. in d. c. 1. Quo temp. mil. Schneid. d. p. 5. n. 56. Borch. d. c. 7. n. 36. Hen. God. cons. 25. n. 6. per c. indultum. de R. J. in 6. b) Chassan. d. n. 6. Vult. d. loc. n. 62. Schrad. d. c. 2. n. 2. & seqq.

LXII.

Vasallus verò ità investituram intra annum & diem petens cum humilitate & reverentiâ, cum honoris præfatione & curialitate dominum adire cogitur.

c. 1. de milit. vasal. qui contumax. 2. F. 22. c. 1. in quib. caus. feud. amit. 2. F. 25. c. 1. vers. nulla. Per quos fiat invest. 2. F. 3. Moz. de subst. feud. n. 61.

LXIII.

Dominus econtrà ità legitimè requisitus vasallo locum tutum & tempus certum & commodum, in quibus vasallo vel per se vel per suum procuratorem comparenti renovationem faciet, assignare debet.

Zas. d. p. 7. n. 5. c. 1. vers. potest enim. Per quos fiat invest.

LXIV.

Secundum tenorem primæ investituræ sub eadem formâ & iisdem pactis, quibus prima est facta (a), præcipua enim primæ investituræ ratio habenda est, ut si quid in posterioribus mutatum sit invito vasallo & agnatis id nullum præjudicium creet & pro irrito habeatur (b).

a) Bald. in c. 1. §. fi. vers. quæro quis dicatur. De feud. Guard. & c. 1. §. denique. Quæ fuit prim. caus. benefic. amit. Curt. Iun. p. 7. q. 7. & cons. 108. n. 18. b) Bald. in c. 1. col. 2. De eo qui sibi vel hered. suis. Vult. d. c. 7. n. 107. Schneid. p. 4. n. 35. Zas. p. 6. n. 22. & seq.

Dispu-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0114
DFG

Disputatio VI.

DE FEUDI ACQUISITIONE.

Respondente

FOLCARDO Oncken *â Marck. Fr. Or.*

CONTINUATIO:

QUemadmodum feudum constituatur præcedenti disputatione dictum est, jam quo pacto constitutum acquiratur restat ut dispiciamus.

Thesis I.

Acquirimus autem feudum novum & antiquum (a), & utrumque vel per nos vel per alios nostro nomine (b). *Acquiritur Novum & Antiquū.*

a) c. 1. §. fi. & ibi Dd. de feud cognit 2. F. 1 c. 1. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. b) c. 1 §. personam. & ibi Dd. Per quos fiat investit. 2. F. 3.

II.

Novum acquirimus per contractum, vel præscriptionem. Per contractum â domino gratuitâ feudi concessione vasallo factâ. *Novum vel per contractum,*

c. 1 in fi. In puib. caus. feud. amit. 2. F. 23. c. 1. in pr. De feud. dat. in vic. leg. commiss. 1. F. 27.

III.

A vasallo emptione vel permutatione, interveniente tamen domini consensu. *Vel Præscriptionē.*

c. 1. Serf. profectò. Quid jur. si post alien. 2. F. 44. c. 1. de prohib. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55. c. 1. De feud. dat. min. valvas. 1. F. 16. c. 1. Quemadmod. feud. ad filiam pertin. 1. F. 24.

IV.

Præscriptione feudum acquirimus, veluti si rem alienam per 30. annos possideamus ut feudum & servitium ejus domino exhibeamus.

c.1.§.si quis per triginta. Si de feud.defunct.cont.sit.2.F.26. c.1. §.1. vers. præscriptione. Qualit.olim pot. feud.alien.2.F.9. c.1.§. ad hoc. Hic finit. lex.2.F. 28. Specul. in tit.de feud. §.2.vers. tertiò quæritur. n.10. VVesenb. c.5.n.3. Borch.c.7.par.3.n.1.& seqq. Decem verò vel 20.anni,quibus aliàs præscriptio de Jure communi currit,non sufficiunt. Rationem Borch.d. loc.n.5. & com. Dd.reddunt,quod rerum feudalium præscriptio durior sit & majoris præjudicii quàm allodialium. Vasallus enim domino ad multa obligatur, & vice versâ Dominus Vasallo obstringitur, atquè ideò triginta annorum spacium requiritur. Sed non videtur hæc ratio sufficere,quoniam constat rerum allodialium præscriptionem longè majoris præjudicii esse, utpotè quâ omne jus domino aufertur. Aliam rationem adfert.Hotom.in d.§. si quis per triginta nimirum quod Longobardico jure triginta annorum possessio usitata præscriptio sit. Non obst. c. 1. An præscript.feud.acquirat tit.37.ix extraord.capp. ubi longi temporis præscriptione feudum acquiri posse affirmatur. Per longum autem tempus significacur tempus 10.vel 20.annorum t.t.C.de præscript.long.temp. Rt.Vult. 1.F.9.n.5.

V.

Per possessionem enim talem 30. annorum legitimé continuatam ac præstationem servitii vasallitici præsumpta quædam de Jnre oritur investitura (a),ità ut vasallus per ista jura sua feudum retinendum esse demonstret,nec investituram proferre, aut de alio titulo docere teneatur (b).

a) Andr.de Isern.in c.1.§. illud.n.65. & Matth.de Afflict.n.33. de prohib. feud.alien.per Frider. Quæstis Sonsb.p. 9.n.41. putet pro investiturâ haberi,cum quis probat se aliquid nomine feudi aliquo tempore,id est,uno anno minimum tenuisse domino præsente & non contradicente, & servitium ejus quasi â vasallo recipiente. per c.1.vers. indè etiam. De consuet. rect.feud. 2.F.33.& c.1. §.fi.si de invest.int.dom. & Vasal.lis oria.1 F.26. Sed Vult.d c.9. n.4. benè docet id minus tutò affirmari:quià hic nobis quæstio est de investiturâ præsumptâ,id est,de eo quod pro investiturâ haberi possit, ut allegati textus loquuntur de investiturâ verâ, neq; in illis lapsus anni quicquam aliud operatur,quàm ut res juramento possessoris relinquatur, qui juret se investitum esse & quidem verè,quod juramentum si præstare recusset,nihil obtineat. Videatur Rittersh. 1.F.18.n.5. b)per l. ult.C.de fund.patrimon.lib.11.præsumptio enim est omnia solemnia præcessisse. VVes.c.6.n.3. Non obst. c.1.de usu Mediolan. secundum quos d.1,F.ult. Rt. Niel.disput.4. th.6.lit.d.

Sed

VI.

Sed quæritur, An vasallus non serviendo proprietatem rei feudalis contra dominum præscribere possit? Neg.

Quià vasallus, cum non pro suo, sed pro alieno prædium feudale possideat, ejus proprietatem præscribere nequit. l. acquiritur. 10. §. ult. ff. de acquir. rer. dom. §. 3. vers. fructuarius verò. Inst. per quas person. cuiq; acquir. l. neq; 8. C. de usufr. l. 2. l. cum nobilissimi. 7. §. ult. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Cujac. tit. 31. in fi. lib. 1. Vult. d. c. 9. n. 18. Zas. cons. 15. lib. 2. Et quamvis possessio per beneficium ad eum pertinere dicatur. c. 1. §. ult. De invest. de re alien. fact. 2. F. 8. non tamen possidet pro suo, sed pro alieno, id est, non animo domini, sed tanquam vasallus non sibi sed alteri possidet, quo casu non procedit præscriptio. l. 2. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Obst. l. 15. §. si de vectigalibus. 26. & seq. ff. de Dam. infect. ubi dicitur per longum tempus acquiri posse ædes vectigales, quarum in possessionem ex causâ damni infecti quis missus est. Rittershus. d. c. 18. n. 11.

VII.

Requiritur verò nominatim, ut quis rem possederit tanquam feudum, si enim possedit tanquam pignus præscriptione nullâ juvari potest.

arg. c. 1. de usu Mediolan. secundum quos d. Rosenth. c. 6. concl. 80. n. 7. & seqq. Borch. d. c. 7. p. 3. n. 6. Vult. d. c. 9. n. 12. Mynsi. cent. 4. obs. 29. Gail. 2. obs. 18.

VIII.

Et satis est, si quis servitium vel semel rei, quam pro feudo possedit, nomine, toto illo tempore ad præscriptionem destinato domino exhibuerit.

d. c. 1. §. si quis per 30 annos. ubi dicitur servitium exhibuerit, Ergò semel illud exhibitum fuisse sufficit, arg. c. cum Ecclesia Sutrina. Extr. de caus. poss. & propriet. Borch. d. p. 3. n. 7. Vult. d. c. 9. n. 15. Et sic requiritur tantum ut servitium sit exhibitum. An verò præterea requiratur, ut etiam reverà sit præstitum dubitatur propter c. 1. de consuet. recl. feud. ? Et respondet Hosom. in d. §. si quis per 30. verius esse ut exhibitio sufficiat, si modò per vasallum mora non fuerit, quin servitium exhibitum simul etiam præstaret. arg. c. 1. §. non cogitur. An ille qui interfec. frat. dom. 2. F. 37. Vult. d. n. 15.

IX.

Sed quid num anni 30. etiam in rebus Ecclesiarum & Rerumpublicarum sufficiunt? Aff.

Quià generaliter ad præscriptionem in Jure feudali spatium 30. annorum

requiritur. d.§.si quis per 30. Nam ubi textus non distinguit, neq; nos distinguere debemus. l.de pretio. De public.in rem act. Nicol.de Neapol.in l.fin. C.de fund.patrim. Schenck.Baro in d.§.si quis per 30. Vult.d.c 9.n.8. Diff:Dd. com.in d.§.si quis per 30.& Borch.d.c.7.p.3.n.8. Rosenth.d.c.6. concl.78.n.7. Rittershus.c.18.n.7. Zas.p.6.n.31. Mynſ.d.obſ.29. Duar c.8. n.3 per c ad audientiam. Ext.de præſcript.auth.quas actiones.C.de SS.Eccleſ.No9.9.& No6. 131.c.6. Sed malè, à re enim ipſâ ſubjectâ ad adjunctam qualitatem non rectè argumentamur: manet namq; nihilominus res Eccleſiæ vel civitatis, ſed jus tantum feudi poſſeßione 30. annorum acquiritur.

X.

Quemadmodum verò vaſallus feudum præſcribit, ità etiam dominus: Si enim ab aliquo per 30 annos nomine fundi, ac ſi feudalis ſit, ſervitia recipiat, fundus ille ſit feudalis.

Bald. Laud.& alii in d.§.ſi quis per 30. Zas.p.6.n.33. quod enim ſtatuitur in uno correlativorũ, ſtatui quoq; debet in altero. l.ult. C.de indict. vidui. tollend. Borch. d.c.7 p.3.n.9. Mynſ. d.obſ. 29. in fi. Zas p.6.n.33. Moz.de ſubſtan. feud n.31. Vult.d.c.9.n.16.

XI.

Sed quid, An Dominus contra vaſallum, ſi rem feudalem pro liberâ 30 annis poſſideat; ità ut eo temporis curſu nemo vaſallus feudum requirat, libertatem præſcribere poſſit? Aff. tunc enim utile dominium cum directo conſolidatur.

Bald.& Præpoſ.in d.§.ſi quis per 30. Zas.d.p.6.n.33. Borch.d.c.7 p.3.n.11. Quia res quælibet facilè ad ſuam redit naturam. l.21.§. ſi quis autem. C. de Teſtam. tum quod & uſufructuarius cui vaſallus ſimilis, ſi re fructuariâ non utatur fruatur longo tempore amittit uſumfructum. §. finitur, ibi. non utendo per tempus. ubi Cujac in not. Inſt. de uſufr. l.placet. 25. l.28. ff. Quib. mod. uſusfruct. amit. Quemadmodum autem uſus fructus lõgo tempore acquiritur, l.ult. in fi. C.de præſcript. long. temp. & longo tempore amittitur. dd. jam juribus. Ità cum acquiratur Feudum longiſſimo tempore, eodem quoq; ſpatio extinguetur. l nihil tam naturale. 35 ff. de R. J. l. omnia. 100. ff. eod.

XII.

Antiquum per ſucceſſionem. Tantum de novi feudi acquiſitione. Antiquum per ſucceſſionem acquiritur.

c.1. in fi.& ibi gl. com. approbata. De feud. cognit. 2. F. 1.& c.1. de conſuetud. rect. feud. 2. F. 33.

XIII.

Succeſſio eſt vel Teſtamẽtaria, quâ F. non acquiritur. Succeſſio duplex eſt, Ex teſtamento & ab inteſtato. Ex teſtamento regulariter in feudis nulla eſt ſucceſſio.

c.1. in

c.1.in pr. De succeſſ feud. 1. F. 8. & c. 1. §. donare. Qualit. olim poter. feud. alie. 1. F. 9. & Veſenb. d. c. 6 n. 6.

XIV.

Ideoq; ne per viam quidem legati vel fideicommiſſi aliquid poteſt relinqui.

arg. l. uxor patrui. 20. C. de Legat. l. 2 ff. de Leg. 1. Iacob. de Ardiz. in ſum. feud. c. 126. Curt. p. 4. n. 133.

XV.

Etiam Eccleſiæ aut monaſterio pro animâ.

d. c 1. §. donare. Qualit. olim feud. pot. alie. c. 1 de prohib. feud. alie. per Frider. Curt d. p. 4. n. 126. Iacob. de S. Georg. in verb. & cum pacto. n. 5. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum n 70. cum ſeqq.

XVI.

Adeò ut feudo in teſtamento relicto vel legato neq; ipſum nequè æſtimatio ejus debeatur.

arg. l. 93. §. fi. ff. de Leg. 1. & arg. c. 1. in pr. de ſucceſſ. feud. 1. F. 6. iunctâ l. 5. C. de LL. Feudiſtæ com. in d. §. donare. Sonsb. p. 12. n. 88. Iacob. de S. Georg. d. loc n. 6. Quandò enim aliquid non poteſt alienari ſine conſenſu principis, illud generaliter dicitur non eſſe in commercio, ità ut non debeatur æſtimatio. Sed vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini ſui. d. c 1. de prohib feud. alie. E. feudum non eſt in rei commercio. Ex quo ſequitur, quod ſi legetur non debeatur æſtimatio juxta communem theoricam. in l. 39. §. conſtat. 7. de Leg. 1. Nec obſt *l. filiusfam. 114. §. ſi quid alicui. 5 ff. de Leg. 1.* Quià *intelligitur ibi, quandò res erat in communi commercio, licet non eſſet in commercio legatarii.*

XVII.

Et hinc pater non poteſt uni ex filiis totum feudum prælegare, aut uni eorum plus in eo aſſignare quàm alteri, putà ut unus habeat duas partes, alter verò tertiam.

c. 1. in pr. De ſucceſſ feud. 1. F. 8. & ibi Andr. de Iſer & Alvar. Iacob. de Ardiz. in ſum. feud. c. 125. Iacobin. de S. Georg. d. loc. n. 2. & 14. Zas. p. 7. n. 60. Gail. 2. obſ. 116. n. 9. cum ſeqq. & obſ. 135. n. 13 & obſ 154. n. 14.

XIIX.

Ut nec agnatus diſponere quid in præjudicium agnati poteſt.

Roland. à Val conſil. 42. n. 1. 2. & 3. vol. 1. Alex. conſ. 15. col. fin. lib. 5. Iaſ. conſil. 152. col. fin. & conſ. 168. col. 7. in pr. lib. 4. Borch. c. 7. in rubr. de ſucceſſ. n. 7.

XIX.

Etiam conſenſu domini.

arg c.1.de alie.feud.pat.2.F.39. l.id quod nostrum.11.de R.J.l.fi. ff. de pact. l.nam ità Divus.39.ff. de adopt.

XX.

Licitè tamen in feudo absolutè & simpliciter hereditario, sivè novum illud sit sivè antiquum vasallus pro suo arbitrio testabitur, haud secus atquè de bonis suis allodialibus testari potest, adeò ut cuicunque volet, illud relinquere possit, etiam personæ extraneæ.

Moz.de natur.feud.n.83.Borch.d.c.7.n.7. Nicol.Vigel.c.2.method.feud.q.7. reg.10.except.5.vers.octava distinctio. Clar.in §. feudum. q.9.n.2.q.31.n.8.q. 40.n.2.& q.94.vers.aut verò. Vbi enim alienatio permissa est, permissa quoq; censetur heredis institutio. l.si quis prioris.§.cæterum.C.de secund.nupt. Roland.à Val. cons.42.n.7.cum seqq.

XXI.

Idem obtinet in feudo antiquo, si nimirum & domini & agnatorum proximorum consensu testamentum fiat.

Bald.& Præpos.in d.§.donare.Curt.p.4.n.128. Iacobin.sup.verb. & cum pacto. n.4.Moz.d c.de natur.feud. n 84.Dauth.de testam.tit.Qui testam.fac.poss.n. 252.Rosenth.c.7.concl.9.

XXII.

Si verò solius domini consensu fiat, valet ea dispositio in domini, non in agnatorum præjudicium.

c.1.in pr.de alie.feud.pat.2.F.39.Alvar.in d.§.donare.n.10.& Præpos.n.4.in fi. Clar.in §.feudum q.41.n.1.& 2.& q.42.n.1.

XXIII.

Ità vasallus testari poterit, si in investiturâ primâ pacto ità cautum sit.

Quià tunc eo pacto reditur ad jus commune. Vult. d.c.9.n.80.

XXIV.

Idem est, si consuetudo alicubi esset, ut de feudo liberè testari posset.

Zas.p.8.n.63.arg. l.de quibus.32.ff. de LL.& c.illud.distinct.12.

XXV.

Multò magis hoc obtinebit in fructibus feudi tam antiqui quàm novi, quià in hoc nequè domino nequè agnatis præjudicium generatur, cum fructus feudi sint vasalli.

c.1.in fi.In quib.caus.feud. Amit. 2.F. 23 Iacobin.sup.verb. ità etiam quod ipsi vasalli.n.16.

XXVI.

Et in pretio ex feudi venditione cum consensu domini factâ redacto.

Quià

Quià pretiũ in locũ feudi venditi non succedit. arg. l. qui vas. 48. §. fin. ff. de furt. l. si & rem. 29. ff. de petit. hered. glos. & Bald. in l. 2. C. de rei vind. God. cons. 83. n. 22. & 84. n. 29.

XXVII.

SUCCESSIO AB INTESTATO ordinaria & regularis est(a), quæ secundum juris communis dispositionem, nisi expresso jure feudali contrarium decisum sit, fieri solet (b). *Vel ab Intestato.*

a) Dd. in c. 1. de succeß. feud. Ab intestato tamen minus propriè in feudis successionem fieri Vult. opinatur d. c. 9. n. 85. tunc enim propriè intestati causa subest, cum is, qui jure testamentum facere potuit, non fecit, privatio enim præsupponit habitum, atq; dictum est, vasallum regulariter de feudis testari nõ posse, cui cõsequens est, ut nec dici poßit decedere intestatus propriè, atq; ideò nec ab intestato ei succedatur. Sed vulgò *tam subtiliter hæc non limantur, ideoq; & nos præstat tritâ viâ incedere facit. l. 1. in pr. ff. de Legit. & suis heredib. b) c. 1. vers. strenuus, ubi* Dd *de feud. cognit.*

XXIIX.

De jure communi ea successio est triplex, Descendentium, Ascendentium & Collateralium. *Quæ de jur. com. triplex est.*

XXIX.

Sed ascendentium in feudis regulariter nulla est tam in secularibus quàm Ecclesiasticis. *Ascendentiũ de Jure F. nulla.*

c. 1. in pr. de natur. succeß. feud. 2. F. 50. ratio est, quià qui feudum accipit, sibi & suis liberis prospicit, non parentibus. Cujac. 1. F. 1. Deindè quià feuda dantur ob servitia, ad servitia autem præstanda liberi indies magis idonei, parentes verò minus idonei redduntur. Hattys. in analys. jur. feud. c. 7. n. 2.

XXX.

Descendentium igitur successio semper prima erit, quâ hi succedunt exclusis à latere venientibus usq; in infinitum. *Descendentiũ v. præcipua est.*

c. 1. §. hoc quoq; De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. si ibi, in perpetuum. In quib. caus. feud. amit. 2 F. 23. & c. 1. De natur. succeß. feud. 2. F. 50. Curt. p. 3. de succeß. descend. n. 1. VVes. c. 6. n. 9 Moz. de substan. feud. n. 68.

XXXI.

Et sic descendentes masculi non tantum in sacris parentum existentes, sed & Emancipati, cum in feudis non curemus de Emancipatione nequè de Suitate, sed tantum de descendentiâ ex lineâ masculinâ, in feudis succedunt.

Quià ubi non habemus expressam decisionem feudalem, servamus jus commune.

mune c.1. de feud. cognit. Sed in feudis non repellantur Emancipati filii. E. servandum Jus commune, secundum quod ità succedunt Emancipati sicut existentes in potestate, cum de Jure Nov. sit sublata differentia Emancipationis & patriæ potestatis quoad successionem. auth. in successione. C. de suis & legit. hered. Schneid. p. 6. de success. descend. n. 2. Joh. Thom. de Marin. De gener. & qualit. feud. tit. 3. n. 39. & seq. Curt. p. 2 tert. par. princip. n. 2. VVesenb. c. 6. n. 9 vers. Emancipati quoq. Nec movet quod per Emancipationem tollatur Agnatio, & maneat tantummodò Cognatio, quæ de Jure feudali non admittitur in successione. c. 1. ubi Dd. ad verb. agnatos. De success. fratr. vel gradib. succedent. in feud. 2. F. 11. Vide Respondentes. VVes. Curt, & Joh. Thom. de Marin. allegat. locis. Diff. Sonsb. p. 9. n. 58. & seqq.

XXXII.

Et tam in feudo materno, quàm in feudo novo & antiquo æqualiter in capita.

c. 1. in pr. de succes. feud. 1. F. 8. c. 1. An marit. succedat uxo. 1. F. 15.

XXXIII.

Nepotes verò ulteriorisvè gradus sivè avo proavovè vivo, aut mortuo demum concepti sint (a), Et sivè cum patruis concurrant, sivè soli extent, jure repræsentationis in stirpes succedunt (b).

a) arg. d. c. 1. §. hoc quoq. Qui feud. dar. poss. & c. 1. ibi, usq. in infinitum. Sizas. feud. prib. 2. F. 3. l. Paulus. 47. §. Paulus respondit. ff. de bon. libert. Hartm. Pist. q. 6. n. 37. b) d. c. 1. ibi nepotes ex filio. De succes. feud. 1. F. 8. & c. 1. §. si capitanei, ibi, nepotes ex parte filiorum. De feud. March. 1. F. 14. Curt. d. p. 2. tert. part. princ. n. 12. Eberh. à Middelb. in Top. loc. 29. n. 26.

XXXIV.

Nec hîc distinguimus inter liberos, posthumi sint, an vivo patre nati, nec utrum verè nati sint, an verò ex utero matris defunctæ extracti.

l. quod dicitur. ff. de liber. & posthum. Vult. 1. F. 9. n. 88. Schrad. p. 7. c. 5. n. 13. Alvar. in c. 1. n. 5. An mut. vel alias imperfect.

XXXV.

Et non minus præteriti in feudis succedunt, quàm Instituti.

VVesenb. d. c. 6. n. 9. Schrad. d. c. 5. n. 12. Sonsb. p. 9. n. 66.

XXXVI.

Sed quid an Exheredati in feudis succedere poterunt? Aff.

I. per

I. per Regulam generalem in c.1.in pr.De succes feud.1 F.8. II. Quia exheredatio adimit tantum hereditatem exheredantis l.Papinianus 8.§. siquis mortis.ff.de inoffic.testam.l.parentibus.8.C.eod. At hereditas defuncti vasalli & feudum ipsius separata sunt. c.1. An agnat. vel filius defunct.2.F.42. III. Quia eius est adimere, cuius est dare. l 3 ff de R J.l.4. ff.de acquir.hered. Sed vasallus testamento suo nihil de feudo disponere aut relinquere potest.d.c.in pr.de succes.feud. E. nec adimere uni ex liberis feudum per Exheredationem potest. I. Obst. Quod filius feudum consequi non possit, nisi heres patri in allodiis extiterit. d.c. 1.An agnat.vel filius defunct. R. Curt.p.3.memb.2 n. 6. II. Obst. Quod exheredatus pro mortuo habeatur. l. 1. §. sed etsi patruus.5.ff.de conjung.cum Emãc.lib.eius. Resp. Id respectu hereditatis paternæ non feudi accipiendum esse, à quâ separatum est feudum.d c.An agnat vel fil.defunct. III. Obst. c. 1. §. prædictis modis. Quæ fuit pri.caus.benef.amit. 2.F.24. R. Vult. d.c.9 n.96. IV. Obst. Pater in rebus, quas habet necesse relinquere de nuptialibus lucris, potest ipsum filium ingratum exheredare.l.hac edictali.6. §.1.& l.feminæ.3.& auth.hæ res.C.de secund.nupt.E, eodem modo & in feudo poterit filium ingratum exheredare, licet illud habeat necesse relinquere filio ex formâ concessionis, arguendo à lucris nuptialibus ad feuda, quæ etiam cõmoda præmiorum appellantur, l. commodis.40.ff.de re judic. R. Ioh.Ruding. c.14.controvers.feudal.lib.1.

XXXVII.

Filii verò Adoptivi & Arrogati non succedunt, ne domino invito vasallus ex alienâ familiâ ex solius vasalli voluntate adsciscatur.

c.1.§.adoptivus.si de feud.defunct.cont sit. Sonsb.p.9.n.63. Curt.p.3.memb.2. n.33.Ioh.Thom.de Marin.de gener.& qualit.feud. tit.3.n.51. Ratio est, quia feudum conceditur alicui, ut ille & eius heredes habeant, c. 1. §. fi. In quib.caus.feud amit. 2.F.23. Heredis verò appellatione in jure feudorum filius verus ac naturalis comprehenditur.c.1.§.etsi clientulus.De alie.feud.1. F.13.c.1.§.Titius.si de feud.defunct. 2.F.26. Appellatione filii, Adoptivi non continentur.pr.Inst.de excusat.tut. l sextumdecimum.2.§.adoptione.2.ff. de vacat.& excusat. mun. Baro à Tautem.in d.§.adoptivus. Gail.2.obs.136.n.14. & seq.Mynsc.ad pr.Inst.de Adopt.n.9. non enim veri liberi sunt, sed adsciticii & commenticii. l.fideicommissum.76.ff.de condit.& demonstrat.

XXXIIX.

Filii quoq; naturales tantum sivè soli sint, sivè unà cum aliis concurrant, non admittuntur.

d.c.1.§.naturales.si de feud.defunct.cont.sit.

XXXIX.

Usquè adeò ut, licet summi principis posteà specialiter ad feudum, reliquis, qui extant, filiis aut agnatis non consentientibus, legitimati sint, aditum ad successionem non habeant.

d.§.naturales.& ibi Dd Zas.p.8.n.74 Sonsb.p.9.n.67 .Hartm.Pistor.q.40.n.4.VVesenb.c.6.n.11.Schrad.c.5.n.23 Micha.Graff in §.de succes.ab Inst.q.19 n.15.in pr.Par.de Put.redinteg.feud.fol.79.n.8. Ferrar.in pract.libel. ad revoc. feud.sup.verb.nec superstitibus.n.3.

XL.

Quamvis enim liberi naturales, qui patre procurante, aut saltem non repugnante â domino feudi, vel hoc assensum præbente ab Imp. natalibus restituti sunt, si filii vel agnati legitimi non extant (a), Vel his etiam extantibus si ad feudum, de quo in præjudicium liberorum & agnatorum cum consensu Domini pariter disponere potest, eorum legitimatio facta est, succedant (b).

a) Sonsbec.d.p.9.n.68.fac.l.pen.C.de pact. & l.pactum.47.ff. eod. b) Afflict. decis.195.Hartm.Pist.d.q.40.in fi. VVesenb.d.c.6.n.12.fac.doctrina. Eberh. in Topic.loco.80. â cess.rat.

XLI.

Aliis tamen casibus vi legitimationis per principem factæ, à successione feudi meritò repelluntur.

arg.c.1.de alie.feud.pater.2.F.36 l.3.de jur.aur.annul.l.nec filio.4.de natalib.restit.l.id quod nostrum.11 & l.non debet 74.ff.de R.I. Nob.81.c.2.vers.quoniam omne bonum.Felin.in c.quæ in Ecclesiarum.n.26.27.& 52.Ext.de constit.

XLII.

Hîc quæri solet An princeps ex plenitudine potestatis in præjudicium agnatorum legitimare possit? Si justa utilitatis publicæ ratio id non suadeat Neg.

I. *Quià Agnatis in feudo tam firmum atq; certum jus est quæsitum, ut ne per alienationem quidem hoc ipsis eripi possit, sed salvum atq; integrum ipsis nihilominus maneat.c.1.de alie.feud.pat. 2.F.39. Atqui Legitimatio est instar alienationis, cùm hac ratione feudum ad alium, quàm ad quem ex pacto antecessorum debuerat pertinere, transferatur.* II. *Quià feudum a-*

dum agnatis quæsitum est à primo acquirente interveniente contractu. Sed contractus non sunt in principis potestate. l. fin. C. si cont. jus vel utilit. public. E. *princeps feudi consuetudinem non potest infringere, & alteri jus suum auferre. Princeps enim constitutus est, ut faciat justiciam. 3. Reg 10. proindè si justiciæ terminos excedat, peccat contra ordinationem divinam. c. scelus. 2. q. 1.* III. *Quià plenitudo ista potestatis non extenditur ad malum & injuriam aliorum, illa enim non potestatis sed tempestatis plenitudo esset. Et princeps qui sine justâ causâ alteri jus suum aufert, tyrannus est, & indignus nomine principis. c. fin. 2. q. 1.* IV. *Quià moris non est Imperatorii, in cuiusquam injuriam beneficia tribuere. l. nec abus. 4. C. de eman. liber.* I Obst. *Quod principis potestas summa sit, nec de eâ disputare liceat. l. 2. C. de crim. sacrileg. Cum ergò de voluntate eius constat, non erit disputandum, an possit illegitimum legitimare, ut feudi sit capax in præjudicium agnatorum.* Resp. *Facob. 7. cont. 50.* II. Obst. *Quod is qui à principe consentiente patre legitimatus est, etiam extantibus legitimis succedat & agnatos remotiores excludat.* Resp. *Hartm. Pist. q. 40. n. 38.* III. Obst. *Si is, cui alter in casum, quo sine filiis decesserit, substitutus fuit, curaverit filium naturalem legitimari, quod tunc legitimatus excludat substitutum, quantumvis alioqui in præjudicium substituti pater legitimati nihil disponere potuisset. Dd. in l. generaliter. §. 1. C. de Instit. & Substit.* Vndè idem in feudis concludendum est, Resp. Hart. Pist. *ibid.* IV. Obst. *Quod agnatis hoc jus non planè quæsitum sit, sed tantum spem consequendi habeant, & sic de jure quærendo hic agatur, hoc verò jus longè facilius tollitur quàm jus quæsitum. l. fin. C. de acquir. poss. l. quod autem. 6. in pr. ff. Quæ in fraud. cred. l. si sponsus. §. maritus. De donat. int. vir. & uxor.* R. *Hartm. Pistor. d. loco.* V. Obst. *Quod hæc legitimatio non tollat penitus jus agnatorum, sed efficiat tantum, ut in tempus aliquod differatur & prorogetur, quod principi permissum esse sine hæsitatione tradunt. Dd. in l. fin. C. si cont. jus vel utilit. public. & in l. quoties. C. de precib. Imp. offer.* R. *Hartm. Pistor. d. loco.* VI. Obst. *Quod princeps hoc casu non directò auferat agnatis jus in feudo quæsitum, sed emoliatur tantum obstaculum ab eo, cui tale jus poterat competere, & eum minus habilem capacem reddat.* Resp. *Hartm. Pistor. ibid.*

XLIII.

Hæc verò obtinent tantum in feudis acquisitis non etiam acquirendis, nam cur filius à principe ad feuda legitimatus in F.

 post legitimationem â patre quæsito succedere non debeat, ratio nulla subest.

Bald. & Dd. in d. §. naturales. Sonsb. d. p. 9. n. 67. VVesenb. d. c. 6. n. 12 Hartm. Pist. d. q. 40. n. 5. 6. & seqq. Quià in hoc feudo novo agnatis nullum jus est quæsitum, neq; in illo succedunt. *c. 1. circa fi. de feud. March.* & soli principi præjudicium fit. *Zas. p. 8. n. 8. Decia. resp. Vol. 1. n. 55.* proindè legitimatus quoad feuda nova rectè collaterales excludit. *Matth. de Afflict. in d. c. 11. §. naturales. fi de feud. defunct.* Sic filii legitimati per rescriptum principis succedunt in feudo, quandò dominus concessit feudum pro se & suis filiis natis & nascituris, & scivit vasallum alios filios non habere, nisi naturales tantum, hoc enim casu filii naturales in feudo succedunt. *Alvar. in d. c. 1. §. naturales. fi de feud. defunct. cont. sit.*

XLIV.

De Legitimatis per subsequens matrimonium quid statuendum sit, num illi in feudis succedant, ingens Feudistarum est controversia? Veritate theoreticâ inspectâ id negandum ducimus. I *per apertum Juris feudalis textum in d. §. naturales. fi de feud. defunct. content. sit. 2 F. 26. in quo genere negato omnes quoq; species negantur* II. Quià feuda non tam ex patris hereditate, quàm ex beneficio domini feudum concedentis æstimanda sunt, Dominus autem feudum vasallo concedens prolem eius legitimam sivè legitimè natam potius videtur in animo habuisse, quàm de legitimatione cogitasse eorum, qui extra iustas nuptias procreantur. III. Quià vix videntur honestè posse stare in curiâ domini ità Legitimati, cum cicatrix semper maneat, nec veritas fictione ullâ obumbrari possit. IV. Ratio sumi potest ex tit. 6. c. 16. *Epistolarum Petri de Vineis*, ubi sic ait sub personâ Friderici II. Imp. cuius cancellarius fuit: De plenitudine potestatis nostræ ex certâ licentiâ eos spurios esse scientes legitimavimus, & omnia jura legitima restituimus, ut tanquam legitimi & legitimo thoro nati in bonis paternis & maternis, quæ feudalia non existunt, succedant. Nec obst. argumentatio Doctorum, *Subsequens matrimonium legitimat ante natos naturales. E. illi legitimati succedent in feudo.* Quià non magis id concludit, quàm si quis diceret, alterius filius per adoptionem fit eius legitimus filius qui adoptat. E. illi succedet in feudo, quod tamen expressè falsum est. *per d. §. adoptivus. fi de feud. defunct. cont. sit.* II Obst. Quod matrimonium subsequens omnem maculam purget, & efficiat ut ità legitimati de Jure communi cum aliis liberis admittantur

tantur, nec hoc jus à consuetudinibus feud. correctum aut immutatum sit. Resp. *Vult. 1. F. 9. n. 94.* Aliud verò inspecto Judiciorum usu & observantiâ obtinere non diffitemur. *Clar in §. feudum. q. 82. n. 4. Schrad p. 7. c. 5. n. 21. Rosenth. c. 7. concl. 18. n. 1. & 2. Hartm. Pist. q. 41. Mynsi. 5. obs. 42. Gail. 2 obs. 141. n. 2. Ant. Gabr. Rom. lib. 6. com. concl. tit. de Legitim. concl. 1. n. 22 Micha. Graff. recept. sent. §. succ. ab intest. q. 9 n. 2 & lib. 2. com-opin. c. 5. concl. 10. Eman. Soar. thes. rec. sent. lit. L. n. 125. Ioan. Bapt. Villalob. com. opin. verb. legitimatus. n. 73.*

XLV.

Per oblationem Curiæ legitimati Ius solum suitatis non Agnationis consequuntur, indeq- patri quidem, qui eum curiæ obtulit, non reliquis agnatis successores fiunt legitimi.

Nov. 89. c. 2. & 4. l. 9. C. de natur. lib. Vult. lib. 1. I. R. c 23. n. 14. & seq.

XLVI.

Consequenter igitur â feudorum successione eos excludimus.

Cum in feudis agnationis Jus tantum spectetur. d. c. 1. §. Titius filios. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. Vult. d. c. 9. n. 93. in fi.

XLVII.

Et hæc quidem de liberorum successione quæ dicta sunt, tunc demum procedunt, cum liberis non obstat aliqua qualitas, quæ illos â succedendo repellat, cum multa accidere possint quæ etiam descendentes â feudi successione removeant.

XLIIX.

Ità enim filii nati ex eâ uxore, cum quâ, quiâ fortè est ignobilis, matrimonium eo pacto contractum est, ne filii ex eâ nati succedant, sed contenti sint Morganaticâ, quod matrimonium aliàs Lege Salicâ contractum dicunt, â successione ab intestato removentur.

d. c. 1. §. filii. si de feud. defunct. cont. 2. F. 26. & c. 1. De filiis nat. ex matrim. ad morgan. contract. 2. F. 29. Sonsb. p. 9. n. 50.

XLIX.

Sic si loci consuetudine, quæ allegari & probari debet, hoc receptum sit, excluduntur filii posterioris matrimonii â filiis primarum nuptiarum.

Bald. Alex. Præpos. Schenck. & alii in c. 1. §. mulier. per illum text. si de feud. defunct. cont. sit. Et ità in Angliâ primogenitum in successione omnium bonorum reliquæ soboli constat præferri. Quia consuetudines inveteratas

eiß

etsi legali obviantes æquitati revellere non expedit, ne scilicet rebus novis quies publica perturbetur, arg. l. 1. C. Quæ sit long. consuet. Schenck. d. loco.

L.

Num verò filii Monachi vel Clerici effecti in feudis succedere possint hic quæritur? Neg.

I. per c. 1. §. qui clericus si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. quià postquàm incipit esse miles Dei, desinit esse miles seculi. c. 1 de Vasal-milit. qui arma bellica depos. 2. F. 21. II. per c. 1. An mut. vel aliàs imperfect. 2. F. 36. ubi textus æquiparat natum imperfectum, fœminam & clericum quantum ad hoc ut sint inhabiles ad feudum. Explòratum autem est fœminam esse prorsus inhabilem ad succedendum in feudo. E pari modo clericum. III. per c. 1. §. ex hoc & illud. De feud. fœm. 2 F. 20. ubi textus utitur termino universali nullo modo, & dicit quod clericus nullo modo in beneficio paterno succedat, etiamsi posteà hunc habitum postposuerit. IV. per textum in c. 1. clericatu feud. amit. in extraord. capp. tit. 109. ubi expressè dicitur, Et jure & moribus receptum esse vasallum clericali se militiæ dedicantem feudum amittere. V. Suffragiis quoq; Assessorum Cameræ Imperialis hæc sententia comprobata est. Mynsi. cent. 5. obs. 48. n. 8 & comprobant exempla multorũ Regum, qui regnum cum cucullâ commutarunt, atq; ità exreges facti regnum amiserunt, ut ille Rachisius Longobardorum rex, qui Zachariæ Papæ suasu regnum cum cucullâ commutavit. Albert. Crantz. lib. 3. Dan. c. 36. Theodoricus Francogalliæ rex. Aymoinus lib. 4. c. 44. Item Ludovicus eiusdem regni princeps Anno D. CCC. XXXIV. & alii quos ex historiis eruditè observavit Hotom. lib. 2. feud tit. 26. §. 7. I. Obst. Regula Juris communis, quâ cavetur ut clerici & alii prælati succedant quemadmodum Laici. l. Deo nobis. 56. §. 1. & auth. presbyteros. C. de Episc. & Cleric. Rip. Menoch. cons. 181. n. 81. cumq; secutus Vult. 1. F. 9. n. 67. ferè in f. II. Obst. Quod satis videatur, ut vasallus divinis præsertim rebus impeditus serviat per substitutum idoneum. c. 1. §. si minori. §. si quis decesserit. si de feud. defunct cont. sit. & c. 1. §. firmiter. & ibi Andr. de Isern. De prohib. feud. alie. per Frider. Et satis est Clericum servire domino per substitutum. Resp. Curt. Iun. p. 3 par. 2. n. 13. & seqq. & Vult. d. loco. III. Obst. c. 1. §. si de Capit. Conrad. 2. F. 40. ubi dicitur quod Clericus vel Abbas aut Episcopus beneficium habens, si id suâ culpâ perdat, illo vivente redeat ad regem, post mortem verò eius ad successorem revertatur. Vndè sequitur, quod si per deve potest beneficium, etiam beneficii capax sit necesse est, non enim enim

nulla

nullæ sunt qualitates. Resp. *Curt.d.loc.n.23. in fi.* IV. Obst. *Quod nemo per ordinem Clericatus seu Monachatus feudo aut suo jure privari debeat, cum ex tali actu licito non debeat quis pati pœnam etiam respectu bonorum, ne quis trahatur ab ingressu religionis.* Resp. *Vult.d.loc.* V. Obst. *Quod etiam muto ex accidenti per substitutum servire concessum sit; Multò magis ergò id concedendum erit Clerico, nam si fortunæ calamitati hoc concedendum, cur non etiam idem pietati tribuendum.* Resp. *Vult. ibid.* VI Obst. *c. ex transmissa Ext. de foro compet. per quod jura feudalia correcta esse dicunt.* Resp. *Borch. c.7. de succeß. n 62. & Rittershusius. l. F 15. n.21.* VII. Obst. *Quod clericus non obstante voto clericali clericatum deponere possit.* Resp. *Borch.d n.62.* Limitationes vide *apud Vult.d.loc. Schrad p.7.c.5.n 30. & Curt.d loco.n.24. & seq.*

LI.

Num Equites Hierosolymitani, Rhodii, Cruciferi, Melitenses, Teutonici & similium ordinum ad successionem feudorum admitti debeant?

Communiter Dd affirmant. Quia *isti Equites non deposuerunt arma, imò militiæ sunt addicti, ideoq; cũ ratio clericorum excludendi ũ in illis cesset, exclusio etiam cessare debet. Et hinc Abbas in rubr. De Regular. dicit, quod isti milites sint impropriè religiosi. Bald. Alvar. Præpos. Matth. de Afflict. & alii in d.c.1. De milit. Vasal. qui arm. bell. depos. Sonsb p.9.n.115. vers. fallit secundo. Rosenth. c.7. concl. 30. Schrad. d.c.5. n.30.* Negant alii. I. *propterea quod certum sit hosce milites esse personas religiosas Decó; dicatas per c. quamvis de Decim.* II. Quia *profitentur castitatem, paupertatem & obedientiam, quæ tria sunt substantialia veræ & regularis religionis.* III. *Ex libro constitutionum istorum fratrum c.12. in tit. De fratrib & in c.25. in tit. de inhib. & pœn (uti allegat Soac. in prælud. feud. c. 33.) ubi cavetur quod sine magistri sui magnâ licentiâ non possint se aliquo pacto homagio, confœderatione aut juramento alteri obstringere. Et c.28. interdicitur fratribus ordinis, ne se implicent bellis & gentibus armorum Christianorum ad invicem. Ex quo consequitur, cum non possint se homagio vel juramento alteri obstringere, eos feudi, cuius occasione præstatur juramentum vel homagium, incapaces esse. c.1. Qualit Vasal. jur. deb. Guer. Piso. in prælud. feud. c.33. c.2. Fach. 7. cont. 36. Cotta in Memor. verb. Clericus. Alciat resp. 29 n.6. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. cas. 231. n.5. lib.2. & cons 54. Crabet. cons. 303. Cacher. decis. Ped. 27. n.18.* Nonnulli existimant

stimant, *totum hoc judicandum esse juxta varias ordinum leges & constitutiones: quæ si obstaculo non sint, quo minus ea præstare possint domino, quæ in juramento fidelitatis continentur, c. 1 de nov. for. fidel. tunc eos à successione non esse excludendos: Si verò tàm duris devincti essent legibus, ut ea, quæ à vasallo juramentum fidelitatis exigit, præstare omninò non possent, tunc sanè, quià eadem subest ratio, quæ clericum à feudi successione removet, ad feudi successionem non esse admittendos.* Hartm. Pist. q. 33 n. 23. & Vult. d. c. 9. n. 67. vers. Verum Baldè. Quæ opinio juri convenientior? Elige cui dicas, tu mihi sola places.

LII.

Mutos, surdos vel aliàs imperfectos filios omninò à feudi successione arcemus: sivè imperfectio naturalis sivè ex accidenti morbo contracta sit & medicorum ope sanari posse non speretur.

arg. c. 1. §. in primis, ibi, ut domino serviant. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23 c. cum cessante. 60. Ext. de Appellat. & l. in omnibus. 68. de R. I. c. 1. §. mutus. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. c. 1. An mut. vel aliàs imperf. 2. F. 36. Iob. Thom. de Mar. in tract. de gener. & qualit. feud. tit. 2. n. 234 Vult. 1. F. 9. n. 64.

LIII.

Ità tamen ut si ablato feudo exhibere se nequeant, feudum autem magnum sit, id est, ex cujus proventu & ipsis ad vitandam inopiam aliquid attribui, & alter legitimus successor nihilominus undé se quoquè alat habere possit, tantum eis, quantum ad sustentationem honestam satis est, relinqui debeat.

text. in d. c. 1. §. mutus. Episcop. vel Abbat. & ibi Hotom.

LIV.

Imperfecti verò ratione gustus à feudo non arcentur, nisi tale sit feudum & ejus qualitatis, quod pro tali servitio daretur illis, qui faciunt dominis credentiam.

Schneid. p. 6 De success. descend. n. 35. Bald. in d. c. 1. §. mutus. n. 6. Alber. n. 6. Præpos. n. 3. Laudens. n. 2. Raben. vers. sed quid si. Balzaran. n. 10. vers. quid si imperfectus.

LV.

Hermaphroditi seu androgyni, si in eis sexus masculinus prævaleat, & sit perfectio ad præstanda servitia succedunt, si verò sexus fœmineus in eis prævaleat, non succedunt.

arg. l.

arg. l. quæritur 10. ff. de stat. hom. l. repetundarum. 15. §. 1. De Testib. l. sed est. 6. §. ult. ff. de liber. & posthum. Iacob. de Ardizo in sum. feud. c. 137. §. item quæritur an sub appellatione. vers. eodem modo. Schneid. d. loco. Et hinc efficitur Eum, qui ità imperfectus est, ut generare non poßit, in feudo nihilominus succedere, ut quod feudi officia non impedit. *Capyc. in invest. feud. c. feudatarii inhabiles. col. 2. §. imperfectus ob potentiam. Vndè Bald. in d. c. 1. §. mutus. n. 7. Episcop. vel Abbat. infert, etiam virgâ carentem in feudo succedere, & sic se in causâ magni ponderis Marchionum de Melaspina consuluisse, quià sufficit non esse mulierem. Alvar. in c. 1. An mut. vel aliàs imperfect. n. 9. Balzarin. ibid. n. 1. Laudens. n. 6. Præpos. n. 4. Jacobin in verb. marchio. n. 3. Capyc. d. c. feudatarii habiles. col. 2. in fi. vers. hermaphrodito. Bald. in l. quoties. n. 6. C. de suis & legit.*

LVI.

Hactenus de masculorum in feudis successione, sequitur de fæminarum.

LVII.

Fæminæ itaquè regulariter in feudo non succedunt (a), sivè extent filii masculi sivè non (b). *Fæminarũ*

a) c. 1. §. hoc autem notandum est. De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. fi. Quid sit invest. 2. E. 2. c. 1. in pr. De succeß. fratr. 2. F. 11. c. 1. de natur. succeß. feud. 2. F. 50. Quià fæminæ ab omnibus officiis civilibus remotæ sunt. l. 2. de R. J. nec militare munus obire, & dominum armis, & in pugnâ juvare possunt. Roland. à Valle. cons. 41. n. 11 vol. 4. II. *ratio est publica honestas, quæ non patitur, ut immisceant se cætibus virorum. arg. l. si qua illustris. C ad SC. Orfic.* III. *fragilitas sexus, quià mulier in consiliis non valet. l. si pater. C. de sponsal.* IV. *Lubricitas voti, quià quater mutantur in horâ.* V. *Futilitas sexus muliebris, quæ facit ut secreta fæminis committi non poßint, ut proindè ea, quæ forma fidelitatis à vasallo. in titt. 5. 6. & 7. lib. 2. exigit, haud præstare mulier queat. Bald. in d. l. quoties. C. de suis & legit. Curt. p. 1. par 3. princ. n. 1. Schneid. p. 6. De succeß. fæm. n. 6. & seqq, b) Alvar. in d. §. hoc autem notandum. & Schneid. d. loco. n. 13.*

LIIX.

Etiamsi armis assuetæ sint.

Quales fuerunt Camilla Virgiliana, Penthesilea, vel Hipsicratea, & id genus fæminæ, nam etsi in illis videatur cessare ratio, ob quam fæminæ â feudi succeßione removentur, ac propterea etiam Andr. de Isern in c. 4. §. hoc autem. in fi. De succeß feud. senserit ejusmodi fæminas admittendas esse: contrà tamen communiter existimatum est, neq; hasce ad feudum aspirare

 posse.

Id quod tenuit Mart. Laud. & Alvar. in c. 1. §. & quià. De his qui feud. dar. poss. & ibi Matth. de Afflict. n. 22. Iacobin. sup. verb. faminis. n. 8. Schrad. p. 7. c. 4. n. 6. ubicunq; enim sunt plures rationes idem inducentes, licet una cesset, nihilominus aliæ remanent, quæ obstant. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. Schneid. d. p. 6. n. 20. & 21. Curt. d par. 1. par. 3. princ. n. 9.

LIX.

Et ne tunc quidem filiæ succedunt, cum feudum alicui & ipsius heredibus est concessum.

Quià heredis appellatione Iure feudali fæminæ non continentur, sed tantum masculi per text. in c. 1. vers. etsi clientulus. De alienat. 1. F. 13. & c. 1. §. 2. vers. profectò ille. De Leg. Corrad. 2. F. 34. Zas. p. 8. n. 36. Schrad. d. c. 4. n. 2. Vult. d. c. 9. n. 28. Schneid. d. p. 6. n. 14. & seq.

LX.

Vel descendentibus (a), filiis (b), & liberis (c).

a) Quià vocabulum Descendentium in materiâ feudali comprehendit solum masculos, secundũ Ias. in l. si id quod quis. n. 11. ff. de Iurisdict. Moz. de subst. feud. n. 81. Vult. d. c. 9. n. 31. b) Quià in hac materiâ masculinũ nõ cõcipit fæmininũ Mozz. d. n. 81. Sonsb. p. 9. n. 151. Intrigl. q. 47. n. 16. c) Vult. d. c. 9. n. 32. Mozzd. loco. n. 96. Schrad d. c. 4. n. 40. Menoch. cons. 473. n. 65. Ruin. cons. 208. n. 6.

LXI.

Imò ne tunc quidem, etiamsi feudum concessum esset alicui sivè illis de isto genere jhme vnd seinem gantzen Geschlechte.

Quià natus ex filiâ non dicitur de genere, cum sequatur alienam familiam & suum parentem, § fin. Inst. de patria potest. Schneid. d. p. 6. n. 25. Andr. de Isern. in c. 1. in pr. De success. feud. Bald. in c. 1. de natur. feud. Intrigl. q. 47. n. 50. & seqq. Et quamvis Generis vocabulum possit trahi ad genus paternum & maternum. l. neq; Dorotheum. 61. C. de Decurio. lib. 10. Quià tamen Feudi natura est, ut fæminæ non succedant, verbum Genus *prolatum in materiâ feudali restringetur ad paternum tantum. Curt. d. p. 3. princ. n. 30. & seq.*

LXII.

Et non tantum fæminæ â successione feudi excluduntur, sed etiam ipsarum filii masculi.

c. 1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. & c. 1. vers. ad filias. De success. fratr. 2 F. 11. Quià surrogatum sapit naturam ejus in cujus locum surrogatum est. Moz. d. loco. n. 80. Schneid. d. p. 6. n. 16. & seq. & radice infe-

ctâ

Aâ infectum est omne id, quod ab eâ descendit. arg. l. 3. C. de bon. mat. l. 1. §. huius. ff. de offic. eius. l. tria prædia 31. ff. de servit. rust. præd. Et *successor non debet esse melioris conditionis, quàm author ipsius, â quo jus in ipsum transit. l. aliud est vendere 120. §. fin. l. in omnibus. 135. §. fin. & l. seq. ff. de R. I.* neq; *etiam plus juris in alium transferre, aut plus commodi heredi suo reinquere quis potest quàm quis habet. l. nemo plus juris. 54. l. nemo plus cõmodi. 162. de R. I. c. nemo. 79. de R. I. in 6.* & *successiones non per saltum fiunt, sed ordine juris servato. l. 1. §. prius. ff. de succes. Edict. l. pen. ff. Vndè Cognat. Vult. d. c. 9. n. 27. Rosenth. c. 7. concl. 109. Schrad. d. c. 4. n. 3. vers. secundo. Decia. cons. 239. Menoch. cons. 443. n. 81. Forst. lib. 3. c. 16. n. 17. & lib. 4. De succes. c. 23. n. 70. & seqq. Pinel. in l. 3. n. 29. C. de bon. mater.*

LXIII.

Sed quid num fœminæ in feudo franco succedunt? Neg.

I. *Quia ratio fœminarum â feudo excludendarum non est unica ista servitiorum præstandorum, sed etiam præter illam sunt aliæ, quæ, ut illa maximè cesset, locum tamen adhuc habent; satis enim notum est, quod unâ causâ prohibitionis cessante, non propterea tota cesset prohibitio. §. affinitatis. cum similib. Inst. de Nup.* II. *Quia feudum in uno aliquo capite alteratum in aliis capitibus non alteratis propriam suam naturam retinet. c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. 2. F. 48. ubi passim. Dd.* III. *Quia regula generalis est fœminas in feudis non succedere. c. 1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. Generali autem regulæ standum est, donec exceptio probetur. Dd. in l. 1. de R. J.* Exceptiones verò duæ in libris feudorum inveniuntur. Prima, *si id pacto investituræ cautum sit, ut fœminæ succedant.* Altera *si feudum sit fœmineum, id est, â fœminâ primò acquisitum. c. 1. §. filia verò. de succes. feud. 1. F. 8. c. 1. vers. ad filias. De succes. frater. 2. F. 11. c. 1. in pr. De natur. succes. feud. 1. F. 50. Vnius vero vel alterius casus exceptio est aliorum regulæ inclusio. l. quæsitum. 12. §. idem respondit. ff. de instrum. vel instr. leg. l. cum prætor. 12. in pr. de ludic.* Nec obst. *c. 1. in pr. Casus quib. fœm. in feud. succed. 2. F. 104.* Quiâ *illud non refertur inter capitula ordinaria, & ideò apochriphum est, nec argumentum ex eo sumi potest, cum capitulis ordinariis non convenit & concordat.*

LXIV.

An ergò in feudo empto? Neg.

I. *per d. c. 1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poss. ubi dicitur, quod licet filiæ ut masculi patribus succedant, legibus tamen â successione*

feudorum removentur, similiter & earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. Sibi ergo imputet, qui feudum emit si non etiam stipuletur filiabus suis, nam scit vel scire debet feudum ad fœminas non transire, nisi specialiter dictum sit, ut ad eas quoq; pertineat. II. Quia certum est, quod successionis natura non mutetur in feudo nisi expressis pactis c. 1. De fratr. de nob. benefic. inveſt. 2. F. 12. c. 1. in fi. De feud. March. 1. F. 14. At feudum emptum non cessat esse feudum gloss. in c. 1. de benef. fratr. Igitur & naturam suam retinet, cur enim quod non mutatur, stare prohibeatur. l. sancimus. C. de testam. Zas p. 8. n. 37. & p. 12 n. 21. Hannet. lib. 2 de feud. c. 8. Sonsbec. p. 9. n. 122. VVesenb. cons. 2. n. 91. Socin. Iun. cons. 65. n. 16. Brun. cons. 108. n. 27 Alciat. resp. 170. n. 2. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. n. 100. I. Obst. Quod feudum pecuniâ emptum propriè non sit feudum, feudum enim non sub prætextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est. c. 1. de feud. dat. in vic. leg. commiß. reprob. 1. F. 27. R. Fach. 7. contr. 37. II. Obst. Quod feudum emptum sit instar bonorum allodialium, & in eo succedatur jure contractus Emptionis Venditionis non jure feudi. Resp. Vult. d. c. 9. n. 44. vers. sed hanc opinionem. in fi.

LXV.

Succedunt tamen quandoquè in feudis fœminæ, si feudum sit fœmineum, id est, per fœminam primò acquisitum.

d. c. 1. de succeß. fratr. c. 1. de feud. fœm. 2. F. 30. & c. 1. de natur. succeß. feud. 2. F. 50. Iul. Clar. in §. feudum. q. 73. n. 5 Sonsb. d p. 9. n. 123. Hart. Piß. q. 34. n. 12. cum seqq. Intrigl. q. 28. n. 49 & 59.

LXVI.

Vel hoc pacto conceßum, ut & ad fœminas pertineat.

d. c. 1. §. hoc autem notandum. De his qui feud. dar. poß d. c. 1. §. filia. De succeß. feud. d. c. 1. §. si duo fratres. De feud March. d. c. 1. De succeß. fratr. d. c. 1. de natur succeß feud. c. 1. §. similiter. De capit. qui cur vendid. 2. F. 5. Sunt tamen hoc casu verba pacti atq; conventionis diligenter observanda: quandoq; enim verba generaliter concipiuntur, ut quia pactum esset, quod fœminæ succederent, & tunc omnes fœminæ descendentes ad successionem admitterentur. c. 1. De eo qui sibi & hered quandoq; verò ea in certam personam sunt directa, ut quia dictum fuit, quod Anna debeat succedere in feudo, tunc pactum tanquam personale exstingueretur cum personâ, neq; extenderetur ad alias personas, l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. quia personale. ff. solut. matr Andr. de Isern. in d. §. & quia De his qui feud. dar. poß. quem sequuntur ibid. Alvar. Laudens. Matth. de Afflict. Iacobin. de S. Georg. in verb. &

fœmi-

fœminis.h.2 Curt.1.par.princ. n.1. Iob.Thom.de Marin.tit.11.de feud.fœm.n. 15.Guerrin. Piso in prælud.feud.tit. an & quandò fœmin.succed.

LXVII.

Ad hujusmodi tamen feudi successionem admittuntur deficientibus demum masculis, ex eo eâvè, qui quævè investituram eius primum accepit, descendentibus.

c.1.in pr.De eo qui sibi vel hered.suis masc.& fœmin.2.F.17.d.c.1.§.similiter si quis.De capit.qui cur.vend.2 F 51.

LXIIX.

Etiamsi fœminæ conjunctæ sint masculis per copulam ET vel ei æquipollentem.

c.1 §.quinetiam. Episcop.vel Abbat.1 F.6.& c.1.§.filia verò.de successi feud.1.F.8. ubi dilucidè cautum videmus in casu, quo quis pro se & heredibus masculis & fœmininis investitus fuerit, fœminas demum masculis non existantibus succedere. Curt.p.1.par.tert.princ.n.18. Iob. Thom. de Marin.in tract. de gener.& qualit feud.tit.11.n.30.Clar.q.73.n.4.Intrigl.q.39 n.12. Mozz. de nat. feud. n.98. Et circio ET hoc in loco vim suam amittit, & accipienda est successivè ex naturâ feudi, in tali enim concessione id adjectum intelligitur, quod est de naturâ rei, de quâ agitur: at de natura feudi est, quod ubi fœmina ex pacto ad successionem feudi admittitur, intelligatur admissa aliq; vocata ordine successivo, ità ut fœmina succedat non existante masculo. d.c.1.§.filia verò, & ibi Feudistæ.de succes.feud.Hinc vulgatum Jurís feudalis axioma traditur, quod ubicunq; est actum masculum & fœminam in feudis succedere, fœmina succedit non existente masculo ex eo, qui primus de feudo investituram accepit. c.1.de eo qui sibi & hered. suis masc.vel fœmin. 2.F.17. & huic feudorum naturæ tàm concedens quàm acquirens feudum sese conformare voluisse censentur. l.si stipulatus.4.vers. verum.ff.de usur. l. damni.18.§.9.ff.de damn.infect l.quidem. 132.ff.de verb.oblig.

LXIX.

Et hoc obtinet licet fœmina proximo gradu in lineâ descendente attineret defunctum, masculus verò, qui cum fœminâ de successione contendit, non esset ejusdem lineæ cum defuncto, sed ex transverso in aliâ lineâ atque adeò gradu longè remotiori constitutus, nihilominus enim fœminam excluderet.

Putà si is, qui feudum hoc pacto acquisierat, decesserit filiâ solâ superstite, & hæc filiis duobus susceptis moriatur, quorum alter duas filias, alter verò unum filium post se relinquat, hic filius exclusis fœminis totum feudum obti-

Ar. De eo qui sibi & hered. suis masc. & fam. 2. F. 17. Hartm. Pist. q. 35. n. 18. & seqq. Sed id tum demum rectè locum habet, quando masculus & fœmina ex uno & eodem stipite, qui primò acquisivit feudum, descendunt. d. c. 1. De eo qui sibi & hered. suis masc. at quando masculus & fœmina habito respectu ad primum acquirentem ex diverso stipite descenderent, tum res aliter sese haberet. Hartm. Pist. d. loco.

LXX.

Hîc anceps & valdè dubia movetur quæstio: An fœminæ hoc modo ad successionem feudi vocatæ & semel per masculum remotæ perpetuò maneant exclusæ? Neg.

Cum Hartm. Pist. q. 26. Vult. d. c. 9. n. 41. Niel. diss. feud. 5. th. 4. lit. c. God. disp. feud 7. th. 11. lit. e. Sonsb. p. 9 n. 130 & seqq. Loriot. de his qui feud. dar. possunt 5. & quia, vers. sed dubium. Mynsi. cent. 5. obs. 74. Wesenb. c. 6. n. 23. Laud. Lac. de vels. & Cujac in c. 1. §. quinetiam. Episcop. vel Abbat. 1. F. 9. Ardiz. sub tit. de feud. succes. vers. indè videtur. Jul. Clar. in §. feudum. q. 80. Petr. Heig q. 26, qui dicit hanc sententiam tam firmis rationibus munitam, ut qui relictis hisce frugibus adhuc glandibus vesci malit, vix inter prudentes hodiè locum tueri suum posset, & si præfracti adhuc vertiasi reluctari pergat, commiseratione magis quã acriori castigatione dignus videatur. Diss. tamen *Borch c. 7. n. 36. Andr. de Isern. Alb. Præpos. Schenck. Baro in d. §. quinetiam. Episcop. vel Abbat. Zas. p. 8 n. 58. Curt. p. 3. n. 32. Schrad. p. 7. c. 4. n. 8. Mozz. de nat. feud. n. 99. Fach. 7 contr. 55. Gail 2. obs. 148. Iob. Thom. de Mar. tit. 11. n. 38. moti potissimum, quod in d. §. quinetiam expressa sint verba, ulterius fœminæ non admittuntur, quasi dicat Feudista, si quis feudum ità accepit, ut ejus descendentes masculi & fœminæ illud haberent, & masculus semel successerit, tum fœmina amplius ad successionem illius feudi non admittatur, sed penitùs exclusæ sunt, dictio enim ulterius est vox exclusiva. l. sicut in rem. 3. ibi, nullius moßendi ulterius facultatem concedimus. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Rx. Vult. Heig. Hartm. Pist. dd. loc. uti & aliis contrariis argumentis.*

LXXI.

Sed quid si semel ad feudi successionem admissæ sint, num per supervenientiam masculi removeri debeant? Negativæ patrocinabimur,

I. per c. 1. De eo qui sibi & hered. suis. 2. F. 17. II. *Quia id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. l. id quod nostrum. 11. de R. I.* III. *Quia multa impediuntur fieri, quæ tamen tolerantur jam facta. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur.* Obst. I. *communis Regula*

feudali,

feudalis, quæ fœminas excludit. Quià *locum habet tantum in feudo acquirendo, non etiam in acquisito perdendo.* II. Obst. *Quod, licet fœmina successerit in feudo, tamen ipsum feudum intelligitur ad eam devenisse conditionaliter, scilicet si non supervenire masculum. E. superveniente masculo debet removeri.* Resp. *Curt. p. 3. n. 33.*

LXXII.

Quod tamen procedere non putamus, si defunctus uxorem prægnantem reliquisset, quæ postea masculum peperisset.

Quià is qui in utero est, si de commodo eius quæratur, pro jam nato habetur. l. qui in utero. 26. ff. de stat. hom. Matth. de Afflict. in d. c. 1. De eo qui sibi vel hered. suis masc. n. 21. Hartm. Pist. q. 35. n. 11.

LXXIII.

Imò fœminæ aliquandò cum masculis succedunt, si in contractu feudali expresse dictum sit, ut masculi cum fœminis (a), vel ut masculi pariter & fœminæ (b), vel masculi simul cum fœminis succedant (c).

a) arg. l. si mulier. 9. ff. de usufr. accresc. Iaf. in l. Gallus. §. quidam rectè. n. 30. & 32. ff. de lib. & posth. Schneid. p. 6. n. 44. Hart. Pist. d. q. 35. n. 30. Borch. c. 7. n. 67. Schrad d. p. 7. c. 4. n. 73. & seqq. ubi hanc veriſimam dicit. Diff. Vult. d. c. 9. n. 49. vers. cæterùm tam in med. Duar. c. 19. n. 9. b) Rosenth. c. 7. concl. 24. & c. 7. concl. 85. c) Schneid. d. n. 44. Zas. p. 8. n. 40. Hart. Pist. d. q. 35. n. 29. VVes. c. 6. n. 23. vers. quocirca si in illa. & cons. 74. n. 24. Iacob. de S. Georg. in verb. & fœminis. n. 10. & Schrad d. c. 4. n. 75.

LXXIV.

Ità consuetudine introduci potest, ut fœminæ in feudis succedant.

Iul. Clar. d. §. feudum. q. 73. n. 9. Ioh. Thom. de Marin. d. tit. 11. n. 34.

LXXV.

Non solum in defectu masculorum, & ut cum illis admittantur.

Quià hæc consuetudo non tantùm non est rationabilis, sed etiam hac ad jus cõmune & naturale reditur. Iacob. de S. Georg. in verb & fœminis. n. 9. Curt. d. p. 3. n. 10. Zas. d. p. 8. n. 72. Sonsb. d. p. 9. n. 125. Schneid. d. p. 6. n. 3.

LXXVI.

Sed etiam ut illos à successione excludant.

Quià in materiâ feudali consuetudo præcipuè attendi debet. c. 1. de feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. §. hoc quoq; de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. Gail. 2. obs. 140. n. 9. in fi.

LXXVII.

Hæc ta-

Hæc tamen consuetudo cum sit facti, non præsumitur, ideò in judicio allegari & probari debet.

c. 1. De constit. in 6. l. in bello. §. factæ. ff. de captiv. & postlim. reversi. Gail 2. obs. 49. n. 10 in fi.

LXXIIX.

Et quæ de consuetudine dicuntur, eadem & de statuto & alia lege municipali vera sunt.

per notata. in l. omnes populi. ff. de Justic. & jur. Schneid. d. p. 6. n. 33. in fi. Schrad. d. c. 4. n. 55. Clar. d. q. 73. n. 9.

LXXIX.

Quamvis verò regulariter fœminæ in feudis non succedunt, succedunt tamen in meliorationibus & fructibus feudi.

c. 1. §. si Vasallus. Hic finit. lex. 2. F. 28. ubi Alvar. Laud. & Schenck. Baro. Borch. d. c. 7. n. 73. Rol. à Valle cons. 28. n. 29. Vol. 1. Clar. d. §. feudum. q. 88. Intrigl. q. 59. n. 5. Schrad. p. 7. c. 3. n. 7. Hartm. Pist. q. 42. Hoc verò in impensis factis gratiâ colligendorum fructuum non procedit, nam istæ heredibus vasalli refundi non debent. l. divortio. §. impendia. ff. solut. matr. l. 3. in fi. de impens. in res dotal. fact. quod tamen intelligendum est, si fructus, quorum grat. à sumptus facti sunt, jam essent collecti, nam si collecti non essent, tum etiam illæ impensæ repeterentur. l. prætor. §. & ipsi itaq. De bon. autor. judic. possid. l. quod si sumptus. Depetit. hered. Zas. in d. l. divortio. §. impendia. n. 7. ff. solut. matr.

LXXX.

Sivè illud domino aperiatur sivè ad agnatos successione devolvatur.

Schrad. d. c. 3. n. 11. & 12. VVesenb. c. 9. n. 6. Vult. c. 11. n. 113. Schrad. p. 9. p. 2. sect. 1. n. 60. & p. 7. c. 6. n. 7. Vivius in thesau. com. opin. verb. melioramenta. Clar. d. q. 88.

LXXXI.

Adeò ut si in possessione sint, rem feudalem tam diu retinere possint, quoad meliorationes receperint.

Bald. in d. c. 1. §. si Vasallus. Hic finitur lex. Vult. d. c. 9. n. 56. Ruin. cons. 14. n. 1. Curt. Iun. cons. 165. n. 12. Schrad. d. c. 3. n. 8. Paris. cons. 4. n. 40. Vol. 1.

LXXXII.

In fructibus tamen ex impuberis fratris feudo per tutores collectis sorores cum fratre non admittuntur.

Alvar. in c. 1. §. his consequenter. Hic finit. lex. VVurmbs. de feud. tit. 51. obs. 23. n. 3. Mynsi. 6. obs. ult. n. 8. & idem d. c. 12. resp. 10. n. 6. & seqq. Schon. disp. 7. th. 41. Quia eius debent esse fructus tanquàm accessorium, cuius est

ipsum

ipsum feudum tanquàm principale c.1.§.fin in quib caus feud amit. 2.F.23. utile enim dominium in his totum consistit. l.1.& 2. ff. si ager.vect.pet.

LXXXIII.

Si verò fœminæ non habeant undè vivant, vel alia bona hereditaria, ex quibus dos ipsis constitui possit, non supersint, ex feudo alimenta & dos ex æquitate debentur.

arg.c.1.§ mutuo.Episcop.vel Abbat.1.F.6.juncto c.1. An mut. vel aliàs imperfect.2.F.36.Hart.Pist.q.37.n.2.3.& 4.Vult.d.c.9.n.57.Borch.c.7.n.74.Schurf. cons.24.cent.1. Eberh.in Topic.legal.loco.70. ab aliment.ad aot.

LXXXIV.

Secundum morem quidem regionis si extet,

arg.l.minimè 23 & l.si de interpretatione.17.ff.de Legib.Menoch.de arbitr. judic.quæst.lib.2.cent.2.cas.249.n.1.2.& seq Paris.cons.26. incip. pactum illud. n.88.& cons.83 incip.pro consideratione.n.13.vol.3.

LXXXV.

Hoc verò non exstante, pro dignitate ipsarum maritorumq;, modoq; facultatum & numero liberorum.

l.cum post 69.§.gener.ff.de jur.dot.l.si filiæ.41 De Leg.3.l.tam dementis.28.C. de Episcop. aud.Hartm.Pist d.q.37.Rosenth.c.7.q.112. Vult.d.c.9.n.57.

LXXXVI.

Hîc agitari solet quæstio, num filiabus ex feudo Legitima debeatur? Reg. Neg.

I. Quia Legitima dicitur portio eius, in quo quis successurus est ab intestato. *l.Papinianus 8.§ quoniam autem.8.ff.de inoffic.testam l parentibus.8 & glos. in auth.novissima.C.eod.& ideò necesse est ut is, qui Legitimam petere vult, ab intestato succedat.* Fœminæ verò regulariter a successione feudi removentur. *d.c.1.§.hoc autem. De his qui feud. dar. poss. & d.c.1. De succes. feud.* II. Quia legitima solum de bonis hereditariis debetur. *l.scimus.36. in pr.vers. repletionem.C.de inoffic.testam.* Feudum verò ex pacto & providentiâ filiis non tanquàm heredibus, sed tanquàm filiis pacto & providentiâ primi concedentis debetur. *c.1.de alienat feud.pat.1.F.13. Gail.2.obs.154. n.2.* Et hanc opinionem veram & communem esse dicit. *Vasq.de succes. cre.§. 30.n.33.vers.undè etiam colligitur. Clar.in §.feudum.q.46.n.1.in fi. Hartm. Pist.q.38.n.15.& seqq.Vult.d.c.9.n.58.*

LXXXVII

Satis de successione descendentium: restat collateralium, quibus, descendentibus demum deficientibus, fit locus. *Collateralium.*

c.1.vers.his verò deficientibus. De succes fratr.2.F.11. Hotom.verò in diss.feud. c.19. docet Agnatorum sivè collateralium propriè non esse successionem in

feudis, cum patrui aut patrueles, imò fratres non succedant. c. 1. §. cum verò. De his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. c. 1. §. si duo. De feudo March. 1. F. 14. c. 1. de benefic. fratr. 1. F. 20. c. 1. vers. ad cognatos. De succes. fratr. 2. F. 11. c. 1. de fratrib. de nob. benefic. invest. 2. F. 12. Quando itaq; agnati vocantur, illi non succedunt ut Agnati, sed tanquàm qui sunt ex liberis primi acquirentis. Vult. d. c. 9. n. 102. Sed vulgò tam subtiliter hæc non limantur, undè & nos præstat tritâ viâ incedere & dicere trãsversales in feudis succedere. Ritterhus. 1. F. 13. in pr. Vult. d. n. 102. vers. quod igitur.

LXXXVIII.

Distinguimus tamen inter feudum novum & antiquum, ità ut in feudo novo vasallo fine sobole mortuo non succedant, sed illud ad dominum revertatur.

c. 1. §. cum verò vers. sin autem. De his qui feud. dar. poss. c. 1. in fi. De succes. feud. 1 F. 8. c. 1. §. si duo. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. de benefi. fratr. 1. F. 20.

LXXXIX.

In antiquo verò ità demum, si descendant ab eo, qui primum feudum acquisivit.

Thom. de Marin de gener. & qualit. feud tit. 2 n. 25. Borch. c. 7. n. 77. Sonsb. p. 4. n. 14. Hartm. Pist. q. 20. n. 1. Moz. de substant. feud. n. 75. per c. 1. vers. quod ità intelligendum De succes. fratr. 2. F. 11.

XC.

Et primò quidem fratres vocantur non tantum Germani, sed etiam consanguinei.

Quià in feudis solum succeditur ex vinculo agnationis & ità quià agnati, non autem ratione sanguinis materni & ità quià cognati, Agnati autem intelliguntur fratres consanguinei, quià solum sunt fratres vel conjuncti â parte patris. l. fin. §. inter agnatos. ff. de gradib. c. 1. de succes. fratr. 2. F. 11. Schrad. p. 7. c. 7. n. 14. Forst. lib. 8. de succes. c. 5. n. 1. Iacobin. sup. verb. præsentes. n. 11.

XCI.

Quod ità tamen obtinet in feudo masculino, non etiam fœminino: si enim ex præmortuâ conjuge quis haberet filium, & posteà ex aliâ uxore, quæ â majoribus haberet feudum fœmininum, etiam aliquot susciperet filios, frater ille ex prædefunctâ communis patris uxore in feudo cum reliquis fratribus consanguineis non succederet, cum â stipite, â quo primò feudum processit, non provenerit.

arg. c. 1 vers. quod ità De succes. fratr. & grad. succed. in feud. 2. F. 11. Sonsb. p. 9. n. 95. Andr. de Isern. in c. 1. de natur. succes. feud.

Fratres

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0140
DFG

Fratres verò uterini tantum à successione feudi repelluntur licet feudum sit antiquuum.

Quià uterinus est tantum cognatus, in feudis autem Jure cognationis nulla est successio. c. 1. vers. ad cognatos. de success. fratr. 2. F. 11. Laudens. in c. 1. & quià vidimus. De his qui feud dar. poss. & ibid. Alvar. in §. hoc quoq; sciendum. Curt. p. 3. n. 55. Schneid. p. 6. de success. collateral. n. 9.

XCIII.

Et quidem fratres, si soli sunt, succedunt in capita.

d. c. 1. de success. fratr. Sonsb. p. 9. n. 89. Vult. d. c. 9. n. 107.

XCIV.

Si verò cum his concurrant fratrum prædefunctorum filii, in stirpes fit successio.

c. 1. §. his verò deficientibus. De success. fratr. 2. F. 11. Nob. 118. c. 3. §. si autem defuncto. VVesenb. c. 6. n. 16. Sonsb. p. 9. n. 98. Duar. c. 11. n. 13. Borch. c. 7. p. 2. n. 81. Rosenth. c. 7. concl. 56. n. 12. 13. 17. & seqq. Rittershus. c. 16. n. 6. Vult. d. c. 9. n. 109. Zas. p. 8. n. 17.

XCV.

Quomodò autem soli fratrum filii patruo succedant magnus est Dd. conflictus. Nobis in capita admittentium sententia probatur.

l. in fi. ff. si pars hered. pet. l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. hered. quod jus cum immutatum non reperiatur; cur stare illi prohibeamur? l. sancimus. C. de testam. Zas. d. p. 8. n. 18. & seq. Borch. d. c. 7. pr. n. 28. & seqq. & n. 82. Rittersh. d. c. 16. n. 9. & seq. Fach. 6. contr. 3. & 7. contr. 62. Vult. d. c. 9. n. 111. Duar. c. 11. n. 14. Moz. de subst. feud. n. 78. VVesenb. d. c. 6. n. 17. Et hac sententia constitutione Carolinâ Anno 1529. in Comitiis Spirensibus latâ comprobata est. Fruſtrà igitur contrariam defendere conatur Sonsb. d. p. 9. n. 100. & seqq. cujus argumentis respondent Borch. Fach. Bronckh. & Zas. dd. loc.

XCVI.

Post fratres eorumq; filios reliqui admittuntur pariter agnati gradu proximiores à primo acquirente descendentes, ità ut si plures concurrant in gradu proximiori, divisio bonorum feudalium fiat in capita.

arg. d. c. 1. de nat. success. feud. 2. F. 50. c. 1. §. si capitanei. de feud. March. 1. F. 14. c. 1. vers. his verò deficientibus. De success. fratr. 2. F. 11. Duar. Duar. d. c. 11. n. 14. Sonsb. d. p. 9. n. 113. Vult. d. c. 9. n. 112. Borch. d. c. 7. n. 77. Schneid. d. p. 6. rubr. de success. collat. n. 13.

XCVII.

Nec remotior proximiorem excludit. Proximior verò is est,

qui vasallo defuncti, non illi, qui primò feudum acquisivit, proximior est,

d.c.1.verb.dummodò.ubi Dd.de natur.succeſſ.feud. Tiraq. de utroq; retract.p.1. §.3.gloſ.1.n.19. Paris.conſ.23.n.263. Schrad.p.7.c.7.n.19.

XCIX.

Quousquè verò collateralium succeſſio protendatur anxiè inquirunt Dd.? Nos in infinitum eam extendi putamus.

per c.1.de natur.succeſſ.feud.2.F.50. ubi ex latere venientes omnes in infinitum admittuntur. c.1.ſi vaſall.feud.prib 2.F.31.c.1.in fi.fact.fratr. fratri. in feud.pat.non noc.in capit. extraord.2.F.92. Et eſt ratio, quia in dubiis & ambiguis benignior & favorabilior ſemper recipienda eſt ſententia & interpretatio. l.benignius.18. ff.de Legib.l.ſemper in dubiis.56. ff.de R.I. Sonsb. d.p.9. n.84. l.Obſt. l.4 in pr. ff.de grad. ubi dicitur rerum naturam ferè non pati, ut computentur gradus ultra ſeptimum gradum. Reſp. *Niel.diſp.feud.6.th.2 lit.c. II.Obſt. §.fin.Inſt.de ſucceſſ. Cognat. Rt. Borch. in d.§ fin. III.Obſt. c.1.§. hoc quoq; ſciendum. De his qui feud.dar.poſſ. ubi expreßè dicitur, quod olim tantum ad quartum hodiè verò usq; ad ſeptimum gradum agnati admittantur. Rt. Hartm.Piſt.q.19.n.40.*

XCIX.

Quamvis communiter Dd distinguant quod in feudo, quod à primo vasallo acquirente ad descendentes nullum transitum fecit, sed statim ad Collaterales pervenit, usqué ad septimum gradum inclusivè, in eo verò, quod semel ad descendentes pervenit, in infinitum admittantur.

per d.c.1.§.hoc quoq; sciẽdũ. de his qui feud.dar.poſ.& d.c.1.de nat.ſucceſſ.feu.2.F.50.

C.

Et hæc de succeſſione collateralũ obtinent non tantum in feudo investiturâ cõstituto, sed etiam per præscriptionem acquisito.

c.1.§.ſi quis per 30 annos.2.F.26 ubi Alvar.n.6. VVeſenb.conſ.5.n.8.

CI.

Quemadmodum & in eo, quod nullâ filiorum vel heredum mentione factâ concessum est.

Petr.de Bell.Pertic.in l.apud Iulianum. §.ſi quis alicui. ff. de Leg.1.

CII.

Nulla conjugum & Fisci.

Deniq; nec conjuges(a), nec fiscũ in F. succedere cõcludimꝰ (b).

a)c.1.An marit.ſucced.uxo.1.F.15 c.1.in fi.de inveſt. quã Tit.accep.à Sempr. 2.F.13. Schrad.p.7.c.7.n.24 b)Sõsb.d.p.9.n.116. niſi forte dominus ipſe nõ reliquerit ullos heredes, quo caſu dici poßet jus civile de ſucceßione in bona vacantia ſuum vigorẽ obtinere, cum nunquam jure feudali fuerit abrogatum. Rittershus.1.F.10.n.27.

Disp.

Disputatio VII.

DE FINE ET EFFECTU FEUDORUM.

RESPONDENTE

JOHANNE DEYE Osnab. Westph.

CONTINUATIO.

VIsis hucusquè causis feudi essentiam constituentibus: reliquum est, ut de fine & effectu hujus constitutionis quædam consideremus.

Thesis I.

Præcipuus verò feudi & investituræ finis est fidelitas tàm ex parte domini quàm vasalli.

c. 1. in pr. & fi. de milit. vasal. qui contum. 2. F. 22. c. 1. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. 2. F. 24. c. 1. §. in quibus. De consuet. rect. feud. 2. F. 33.

II.

Cum enim hoc vinculum fidei dominus hac conventione in vasallum constituat, æquum visum est, ut viciſſim in se idem jus approbet.

d. c 1. §. in quibus. De consuet. rect. feud.

III.

Undè etiam quod ad fidelitatem mutuam attinet, Dominus & Vasallus ad paria judicantur.

c. 1. §. ex eadem lege. De Leg. Corr. 2. F. 33. ubi Dd. com. c. 1. in fi. De form. fidelit. in fi. 2. F. 6. idem enim vinculum debet esse inter subditos & dominum, quod inter confœderatos esse solet, ut inquit Matth. de Afflict. in c. 1. n. 16. de form. fidelit. allegans ad hoc textum in c. esto subjectus. 95. dist. ubi refertur dictum Domitii Oratoris Cur te habeam ut principem, cum me non habeas ut Senatorem, *Iacob. de S. Georg. in verb. & promiserunt n. 15.*

IV.

Vox verò fidelitas in usibus feudorum dupliciter accipitur. Uno modo pro ipsâ fide, quæ promittitur.

ut in c. 1. §. si Qualit jur. deb. Vasal. dom. fidel 2. F. 5. c. 1. de form. fidel. c. 1. de no. va form. fidelit.

V.

Altero, pro juramento, quo quis ad fidem illam præstandam sanctè se obligat.

ut in c. 1. Quid præced. deb. an investit. vel fidel. 2. F. 4. c 1. §. est & alia. Quæ fuit prior caus. benef. amit. 2. F. 24. Vult. 1. F. 6. n. 3.

VI.

Et in hac significatione triplicem agnoscimus fidelitatem. Prima est subjectionis, quam subditus præstat ratione territorii Domino, sub cujus jurisdictione habitat die Huldung oder Erbpflicht.

can. tibi domino dist. 63. Vult. d. c. 6. n. 5. Moz. de subst. feud. n. 11.

VII.

Altera est Domesticitatis ut vocant, quandò quis præstat juramentum ratione domesticitatis, quamvis non teneat aliquod feudum ab illo domino, putà quandò Camerarius, Consiliarius, Pincerna, Dapifer &c. suo domino jurat, quod juxta posse velit salvare vitam, membrum, rectum honorem domini & ejus mentem.

d. c. 1. §. si verò domesticus. Qualit. jur deb. Vasal. Moz. de subst. feud. n. 11. Et dicitur juramentum assecurationis vulgò Rahts oder dienstpflicht/ *unde Vult. d. c. 6. n. 6. dicit hanc fidelitatem elegantius & plenius appellari* juramentum fidelitatis officii. *Ratio quare hujusmodi juramentum adinventum sit, est, quia nulla pestis est efficacior ad nocendum quàm familiaris inimicus. l. data. 27. C. de donat. & sæpè isti domestici & familiares machinantur multa contra dominum suum, unde ratione suspitionis evitandæ tenentur præstare hujusmodi juramentum fidelitatis. Iacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 4.*

VIII.

Tertia fidelitas est vasallagii sivè homagii vulgò Lehenspflicht/ quæ à vasallo ob feudum sibi concessum præstatur domino.

IX.

Et hæc est vel Ligia vel non Ligia: illa est quæ soli domino supe-

superiorem non recognoscenti (a), hæc, quæ ab aliis superiorem recognoscentibus præstatur (b).

a) c. 1. ibi, nullo anteposito Fact. frat. frat. non noc. 2. F. 93. c. 1. de feud. Lig. 2. F. 99. in c. c. extraord. text. & glos. in clem. pastoralis. §. rursus. vers. homo ligius. de sentent. & re judic. b) c. 1. de nov. form. fidel. 2. F. 7. c. 1. §. fin. Hic fin lex. 2. F. 28. c. 1. §. insuper. De feud. alie. per Frider. 2. F. 55.

X.

Utramq; præstat vasallus vel per se vel per procuratorem speciale ad hos mandatum habentem.

c. 1. § sed utrum, ubi Dd. per quos fiat investit. arg. l. 25. §. sed utrum. ff. de acquir. vel omit. hered. Vult d. c. 7. n. 33. Zas. p. 7. n. 20. Moz. de subst. feud. n. 16. Schrad. p. 5 c. 3. n. 11. & p. 6. c. 4. n. 31. Sylvan. de feud. recognit. q. 94. Et sic hodiè usitatum est, ut ad juramentum procuratores admittantur jurantes in animam principalis. c. 3. de jur. calum. lib. 6. Et juramentum fidelitatis sæpè præstitum esse Schneid. p. 5. n. 89. affirmat sub hac formâ, Ich N. N. als Gevollmechtiger gewaltrager des N. N. schwere vnd gelobe in N. N. Gewissen vnd Seele/ Gott dem allmechtigen vnd den N. N. von den Schlossern vnd Stadt N. vnd N. vnd jhren/zugehörungen/daß alles von N. N. zu Lehen rühren/getrew/ gehorsam vnd gewertig zu seyn / zu thun vnd zu dienen/ als solchs Lehenrecht vnd gewonheit ist/ vnd einem getrewen Lehnman zustehet/als mir Gott helffe vnd sein Göttliches Wort.

XI.

Nisi fortè dominus justâ causâ motus ipsum vasallum videre malit, quo casu tenetur vasallus comparere & jurare personaliter.

Putà si eum suspectum habeat & velit eum admonere & terrere. Bald. in c. 1. Quo temp. mil. Hartm. Pist. q. 47. n. 59. Schneid. d. p. 5 n. 88. Vult. d. c. 7. n. 32. Intrigl. q. 56. n. 230. & seqq. Clar. q. 49. in fi. ubi communem dicit & ubi, servari. Iacob. sup. d. verb. Qui quidem investiti. n. 12. ubi dicit hoc stupendum esse dictum Baldi, quod nunquàm memoriam nostram exire debet. Hannet. 1. F. 11 in fi. Moz. d. n. 16.

XII.

Vel etiam nisi regionum consuetudo exigat.

Hartm. Pist. d. q. 47. in fi. Vult. d. c. 7. n. 32.

XIII.

Ità si civitas, universitas vel collegium feudum ab aliquo tenet, per syndicum speciale mandatum habentem rectè jurat.

Quia illud feudum est universitatis, non autem singularitatis de illâ universitate. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in jus vocand. & l. non tantum. §. universitas. ff. de rer. divis. l. 2. ff. Quod cujusq; univers. c. qui manumittitur. 12. q. 2. facit l. municipibus. ff. de condit. & demonst. Bald. & alii in c. 1. §. fin. per quos fiat invest. Vult. d. c. 7. n. 35. Jacob. in d. verb. qui quidem investiti. n. 27. Schrad. p. 6. c. 1. n. 2. Moz d. tit. n. 16. Schneid. d. p. 5. n. 70. Blanc. 1. F. 7. n. 25. Intrigl. d. q. 56. n. 226.

XIV.

Tutor tamen & curator liberam bonorum administrationem habentes rectè juramentum præstant, quamvis speciale mandatum non habeant.

arg. l. 4. in pr. ff. de in lit. jur. quia illorum officium ipsis est pro mandato. Moz. d. n. 16. Schrad. d. p. 6. c. 4. n. 34. Intrigl. d. q. 56. n. 228. Si tamen de officio ipsorum investienti non constet, necesse est ut tutoria vel curatoria exhibeant, ex quibus appareat ipsos legitimè constitutos. Vult. d. c. 7. n. 34.

XV.

Civis verò juramentum civitati debitum, & subditus domino personaliter jurare debent, nec per procuratorem id præstare possunt.

Bald. in l. 1. §. ne autem. in fi. C. de caduc. toll. Zas. d. p. 7. n. 21. Vult. d. c. 7. n. 32.

XVI.

Sed quid si plures sint successores in feudo, an & quomodò omnes fidelitatem domino jurare debeant? Omnes singulariter debere jurare Aff. neq; distinguimus cum Cujac. lib. 3. feud. 9. an feudum sit divisum vel indivisum.

J. per c. 11. §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. & c. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. II. *Quia unusquisq; heres eo ipso, quod tenet partem suam feudi sivè divisam sivè indivisam, sivè majorem sivè minorem, censetur vasallus domini pro eâ parte, quæ ad ipsum spectat, & propterea meritò quilibet tanquàm vasallus ad ipsum obsequium fidelitatis æqualiter obstrictus est.* III. *Quia jura fidelitatis sunt individua. At in his, quæ sunt individua quilibet heredum tenetur in solidum. l. heredes. §. an ea. ff. famil. erciſc. l. 2. §. ex his. ff. de V. O. l. de pupillo. si plurium. ff. de nov. oper. nunc.* Obst. *c. cum plures. Si plures sint dom. 2. F. 77. §. in capit. extraord. ubi habetur, si plures heredes paternum beneficium habeant indivisum, quod tunc unum juramentum & servitium tantum præ-*

stare

stare debeant, secus verò si divisum habeant. Resp. *Hartm Pist. q. 47. n. 2. & seqq. Facb. 7. contr. 54.*

XVII.

Si tamen ad unum totum feudum pervenerit, ille solus præstabit juramentum fidelitatis.

Quià ille solus possidens censendus est vasallus. text. in d c. 1. §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit. Moz. de subst. feud. n. 18. Intrigl. q. 56. n. 254. & seqq. Hartm Hartm. tit. de feud. obs. 15. n. 8. VVurmbs. obs. feud. 35. Sonsb. p. 11. n. 14. VVesenb. c. 8. n. 9. Zas. p 7. n. 10.

XIIX.

Vel si â pluribus vasallis heredibus electus sit, ut omnium nomine investituram petat & fidelitatem promittat & juret.

glos. & Dd in d. §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit. Zas. d. p. 7. n. 10. Sonsb d. p. 14. VVesenb. d. n. 9. Schneid. p. 5. n. 12. Clar in §. feudum. q. 49 n. 11. Intrigl d. q. 56. n. 251. & seqq. Vult. d. c. 7. n 93. Et *ità de recepiâ consuetudine Germaniæ heredes defuncti vasalli possunt unum eligere tanquàm curatorem, vulgò ein Trager oder Lehentrager / qui omnium nomine investituram petet & jurabit. Hartm. Hartm. pract. obs. tit. 54. de feud. obs. 19. n. 2.*

XIX.

Sed si dominus feudi decesserit relictis pluribus heredibus & successoribus, utrum vasallus teneatur omnibus præstare juramentum fidelitatis? Aff.

I. *Quià omnes successores & heredes defuncti domini pro ratâ parte feudum obtinent.* E. *singulis tanquàm feudi dominis pro ratâ parte fidelitatis juramentum præstari debet â vasallo.* II. *Quià juramentum est individuum, neq; enim pro parte præstari potest, quià non recipit divisionem. arg. l. Cameliapia. 24. ff. de jur. patron.* E. *cuilibet heredum in solidum. l. heredes. §. an ea. ff. famil. ercisc. l. 2. §. ex his. de V. O. l. 8ia. De servit. l. stipulatio. §. quæsitum. De oper. nov. nunc.* I. Obst. *c. imperialem. § præterea ducatus. De prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. & c. 1. si plures sint dom. 2. F. 77. ubi dicitur, vasallum non cogi pro uno feudo plures dominos habere.* Rz. *Facb. 7. contr. 55.* II. Obst. *Reductio ad inconveniens, ut quià possibile est devenire ad infinitos heredes dominorum, quibus omnibus esset jurandum.* Resp. *Alvar. in c. 1. §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit.* III. Obst. *Quod ex personis heredum non immutetur conditio obligationis, neq; durior alicujus conditio efficiatur. l. 2. §. ex his. de V. O. l. 2. §. incertum. de Prætor. stipul. l. damni. §. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. l. cui fundus. in fi. C. de condit. & demonstr.* E. *vasallus, qui ex lege feudi non tenetur ni-*

tur nisi ad unam fidelitatem vel homagium non debet astringi ad plura ex eo, quod dominus decesserit relictis pluribus heredibus. arg. l. ne in plures. De Exercit. act. l. quod si nolit. §. si plures. ff. de Ædil. edict. Rt. Hartm. Pisc. q. 47.

XX.

Si tamen uni ex pluribus heredibus domini totum feudum fuit adjudicatum, illi soli juramentum fidelitatis præstandum est.

arg. d. c. 1. §. omnes, si de feud. defunct cont. sit. l. fin. ff. de jur. patro. l. fin ff. de oper. libert. l. 1. §. 1 ff. de assign. libert. & est ratio, quia æqualitas debet esse inter vasallum & dominum. c. 1. de form. fidelitat. 2. F. 6. Sed si feudum ad unum solum vasallum pervenit, ipse solus jurat. d. c. 1. §. omnes. si de feud. defunct. cont. sit. Eodem modo, quando jus feudi ad unum dominum pervenit, ipsi soli juramentum præstari debet.

XXI.

Filio verò domini, ipso domino vivente, fidelitatis juramentum vasallus præstare non tenetur.

c. 1 in pr. de Capit. Cerrad. 2. F. 40. c. 1. Vers. præterea. De prohib. feud. alien. per. Frider. 2 F. 55. c. 1. Quo temp. mil. invest. pet deb. 1. F. 22. Luc. de Pen. in l. devotum. C. de Metal. lib. 10. Moz. de substant. feud. n. 13. Alvar. in c. 1. n. 8 de form. fidelit. Schrad p. 6. c. 4. n. 27 Abb. in c. venerabilem. De Elect. & conf. 3. Vol. 2. Ardiz. sub tit. Qualit. jur. deb. Vasal. Vers. nunquid & filio.

XXII.

Nisi feudum esset concessum sub eâ lege, quod vasallus teneatur præstare fidelitatem etiam filio ipsius domini.

Nam tale pactum esset servandum, quia pacta dant legem contractibus. l. 1. §. si conveniat. ff. depos. Iacob. de S. Ceorg. sup. d. verb. qui quidem investiti. n. 13.

XXIII.

Ità nec filius vasalli patre suo vivo domino suo jurare tenetur, nisi fortè feudum eâ conditione datum fuerit.

Alvar. in d. c. 1. n. 8. de form. fidelit. Ardiz. d. Vers. nunquid & filio. fac. l. cum patronus. 22. §. cum libertus. ff. de oper. libert. Vult. d. c. 7. n. 90.

XXIV.

Sed quid an dominus etiam teneatur præstare fidelitatem suo vasallo? Neg.

1. Quia dominus feudi æquiparatur patrono. c. 1. de milit. Vasal. qui cogitum. 2. F. 22. Patronus autem liberto suo juramentum præstare non cogitur. l. 7 §. 3. ff. de obseq. parent. & patron. præst. l. qui bona. §. pen. ff. de dam. infect.

l. jusju-

l. jusjurandum & ad pecunias. §. qui jusiurandum ff. de jurejur. E. *nec dominus tenetur præstare juramentum fidelitatis suo vasallo.* II. *Quia si vasallus vellet dominũ quoq; adigere ad juramentum, videretur in dubium vocare velle ipsius fidem & metuere ab eo perfidiam, quod esset contrarium reverentiæ ipsi debitæ.* III. *Quia majorem fiduciam habet de juniore, quod in fide mansurus sit, quàm de vasallo. Vult. l. F. 10. n. 37. Iacob. de S. Georg. sup. d. verb. qui quidem investiti n. 16. Schrad. p. 6. c. 7. n. 9. & seq. Rosenth. c. 6. concl. 86. Zas. p. 7. n. 57. VVesenb. c. 8. n. 25. Duar. c. 13 n. 8. Schneid. p. 5. n. 135.* Obst. verò, *quod dominus ad eandem fidelitatem securitatis & defensionis teneatur suo vasallo, siquidem inter utrumq; mutua est obligatio. text. in d. c. 1. in fi. de form fidelit. 2. F. 6. & in c. 1. Qualit. dom. propr. feud. prib. 2. F. 47. & judicatur uterq; ad paria. Matth. de Afflict. in d. c. 1. n. 13. de form. fidelit. & dispositum in uno censetur etiam dispositum in altero. Matth. de Afflict. d. loco, n. 12. & uterq; mutuâ obligatione sibi invicem tenetur. Raven. in d. c. 1. de form. fidelit. Ry. Intrigl. q. 62. & VVesenb. alleg. loc.*

XXV.

Debet autem vasallus domino jurare secundum formam traditam in d. c. 1. de nov. form. fidelit.

XXVI.

Nec hîc distinguimus, utrum feudum sit magnum an verò modicum, de omnibus enim regulariter fidelitatis juramentum præstandum est.

Curt. p. 3. n. 14. Rosenth. c. 6. concl. 67. quamvis Bald. cons. 16. vol. 1. & in c. 1. §. est & alia. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. & Matth. de Afflict. in c. 1. §. nulla autem. n. 5. per quos fiat invest. Schrad. p. 5. c. 3. n. 5. & VVesenb. c. 15. n. 7. dissentiant, qui volunt quod in feudo modico juramentum fidelitatis præstandum non sit. Sed cum textus feudales nullam eâ in re distinctionem faciant, & feudum modicum non minus feudum sit quàm magnum feudum, idem in modico præstandum erit, quod in magno præstari solet.

XXVII.

Non potest verò dominus â vasallo suo exigere juramentum fidelitatis insolitum,

Juramentum enim insolitum præsumitur impressivum & per vim seu metum extortum. Bald. in c. 1. Qualit. jurar. deb. Sasal. Iacob. de S. Georg. sup. verb. qui quidem investiti n. 2.

XXIIX.

Undè si in aliam formam quàm eam, quæ in d. c. 1. de novâ formâ

formâ fidelit. tradita est, vel aliàs antiquitùs recepta, jurare vasallus jubeatur, poterit jusjurandum recusare.

Laudens. in c. 1. n. 2. & 3. Qualit jurar. debeat vasal. Alvar. in c. 1 n. 10. de form. fidelit. Montan. lib. 5. c. 1 Hartm. Hartm. in practic. observat. tit de feud. obser. 14. Borch. c. 7. n. 39.

XXIX.

Juramento ità præstito dominus ad vacuæ possessionis rei illius traditionem obligatur.

c. 1. §. si. de nov form fidelit. & d. c. 1. §. si facta. Si de feud. defunct. cont. sit. Moz. de substant. feud. n. 36 Hartm. Pist. q. 29. n. 1. & 2. Borch. c. 7. n. 8. Clarus in §. feudum. q. 26. n. 4. Schneid. p. 4. n. 11. VVesenb. c. 8. n. 15. Et tenetur dominus tradere vacuam possessionem, id est, non impeditam nec per alium occupatam, sed vacuam ab omni impedimento secundum glos. & Alvar. in d. §. si facta. sicut de venditore dicimus, qui rem venditam præcisè tradere tenetur, si eam habeat per text. *cum ibi not. in l. 1. in pr. ff. de act. empt.*

XXX.

Et insuper omnem dilatæ possessionis jacturam præstare tenetur.

d. c. 1 §. de nov form. fidelit. & d c. 1. § si facta. si de feud. defunct. cont. sit. Rosenth. c. 6. concl. 7. Hartm Hartm. tit. de feud. observ. 7. n. 3. Zas. p. 6. n. 12. glos. in d. § si facta. in verb. dominum possessionem. si de feud defunct.

XXXI.

Si verò rei tradendæ facultatem non habeat, ab ipsius quidem rei præstatione liberatur (a), sed tamen eius loco interesse seu omne commodum (b), aut æquivalens eiusdemquè bonitatis (c), aut pecuniam æquivalentem præstare debet.

a) Alvar. & Raven. in d. §. si facta. si de feud. defunct. cont. sit. Blanc. 1. F. 3. n. 56. b) Borch. d. c. 7. n. 17. Sonsb. p. 9. n. 31. VVesenb. c. 8. n. 15. Vers. quod si prehendere. Rosenth. c. 6. concl 8. glos. in d. §. si facta. Alvar. ibid n. 7. Afflict. n. 2. Petr. Raven. & alii post Iacob. de Belvis. si de feud. defunct. Mynsi. obs. 61. cent. 4. Blanc c. 3. n. 50. Sonsb. p. 9. n. 31. ubi plures allegat. c) Sonsb. d. n. 31. Clarus in §. feudum. q. 26. n. 2. Rosenth. c. 8. concl. 53. Borch. d n. 17. Mynsi. cent. 4. obs. 61 VVesenb. d c. 8. n. 16. Alvar. in c. 1. §. fin. n. 4. Præpos. n. 3. Laudens. n. 7. de nov. form. fidelit. quod etiam textus apertus, & ibi omnes nullo excepto. in c. 1. in pr. de invest. de re alie. fact. probat, si res jam data evincatur.

XXXII.

Ità dominus vasallo sivè sciens sivè ignorans eum de re alienâ investierit, tenetur.

c. 1. in pr. de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. c. 1. si de feud. vasal. ab aliquo interpel. fuer. 2. F. 25. Borch. c. 9. n. 13. & seq. VVes. c. 7. n. 7. & c. 11. n. 7. Schrad. p. 5. c. 6. n. 5.

Non

Non tamen evictionem præstat si vasallus sciens de re alienâ fuit investitus, nec de evictione sibi expressè prospexit.

d.c.1.in pr. De invest. de re alie. fact. ubi Dd. Sonsb. p.10.n.4. Zas. p.6.n.18. VVesenb. d.c.9.n.7. Blanc. lib. 1.c.3.n.52. per l. si fundum. 27. C. de evict. Imputare enim sibi debet vasallus, cur ità acceperit *glos. in d.c.1. in verb. cum de re. De invest. de re alie. fact. & ibid. Belviso, Isern. Petr. de Cerbo. Nicol. Neapol. Bald. in pr. Laud. n.3. & 6. Alvar. in pr. n.1. & 5. Schenck. n.1. Præpos. n.1. Balzaran. n.18. vers. restringe tamen. glos. in c.1. in verb. vasallus. si vasal. de feud. ab aliq. interpel. fuer. Ferrar. in forma libelli ad revocationem feudi. n.32. Caballin. in tract. de Evictionib. §.5. n.31.*

XXXIV.

Nec tùm, cum instrumento illa clausula à domino est inserta Juribus alienis semper salvis, Wir verleyhen jhm das Gut / so viel wir daran durch Recht zu verleyhen haben.

Quandò enim sine illâ protestatione res alteri obligata cõceditur vasallo in feudũ, tunc dominus tenebitur de evictione. d.c.1. de invest. de re alie. fact. de quâ non erit obligatus adiectâ hac clausulâ, aliàs clausula illa nullius esset effectus, quod non est dicendũ, cum verba ità intelligi debeãt, ut aliquid operentur. l. si quandò. ff. de Leg. 1. Bald. in rubr. C. de contrah. emp. Schneid. p. 4. n. n.38. & seq. Borch. c.9. n.16. in fi.

XXXV.

Quemadmodum nec tum, cum ei lis tempestivè per vasallum non est denunciata.

c.1. ibi, ab eo petiisse ut eum defenderet. si de feud. vasal. ab aliq. interpel. fuer. 2. F.25. Dd. in c.1. de invest de re alie. fact. Sua enim culpâ vasallus rem amittere præsumitur, cum potuisset ab authore laudato defendi. *VVesenb. d.c.9. & 10.n.9.* nisi pacto remissa fuerit denunciandi necessitas. *l. Herennius. in pr. ff. de evict. Sonsb. d.10.n.4. Caballin. de evict. §.3.n.114.* Remittentibus enim jura sua non est dandus regressus ad ea. *l. quæritur. §. si venditor. ff. de Ædilit. edict.* Et hæc denunciatio debet fieri etiam scienti domino. *Jas. in tit. C. de precib. imper. offer. Caballin. d.§.3.n.19.* nec sufficit simpliciter denunciare, sed debet etiam requiri ut defendat; imò & publico litis testimonio cum transmissione citationis & libelli denunciationem fieri oportet. *Bart. in l. empti actio. 21. C. de evict. & in l. non solum. §. morte. n.48. Alexand. n.21. & Jas. n.38. Rubeus. n.414. ff. de nov. oper. nunc.* Sed hanc transmissionem necessariam non esse dicit *Rosenth. c.8. concl.30.n.6.* si ad instantiam partis Judex, coram quo agitur, hanc denunciationem litis faciat:

ciat, quod omnium tutissimum est, & in Camerâ imperiali quotidiè observatur, ut conventus auctorem suum in libello supplici judicialiter nominet, & Judicis officium, ut literas denunciatoriales in formâ consuetâ ad eum decernat, imploret. Rosenth. d. concl. 30. n. 7.

XXXVI.

Ità dominus de evictione non tenetur, si vasallus non apud judicem sed arbitrum victus fuit.

Quià compromittere ei sine auctoris consensu non licuit. facit. l. si dictum. 56. §. si compromisero. & ibi Bart. ff. de evict. Afflict. in d. c. 1. n. 3. in pr. de inveſt. de re alie. fact. Sonsb. p. 15. n. 62. Schneid. p. 4. n. 71. vers. tertio dominus tunc tenetur. Caballin. d. tract. de evict. §. 5. n. 15. & seqq.

XXXVII.

Sicut nec eo casu, si propter contumaciam aut absentiam damnatus esset vasallus.

facit. l. si ideò. 55. ff. de evict. & l. emptor. 8. C. eod. glos. in l. si non ex propriâ. 2. in verb. absens. C. de contrat. judic. tut. quam sequitur & singularem dicit Bald. in c. 1. n. 8. si de feud. vasal. & ibi. Laudens. n. 10. Alvar. n. 2. Præpos. n. 1. Afflict. n. 15. Balzaran. n. 17. Caballin. d. §. 5. n. 5. Schneid. d. p. 4. n. 71. in fi.

XXXIIX.

Porrò vasallo injustè ab aliquo oppresso vel molestato auxilium ferre dominus tenetur.

d. c. 1. de forma fidelit. & ibi Matth. de Afflict. n. 16. glos. communiter approbata. in c. 1. §. contra omnes Hic finit. lex. Jacob. de S. Georg. in verb. & promiserunt. n. 15.

XXXIX.

Et in summa ad parilem ei fidelitatem præstandam obligatus est.

c. 1. in fi. de form fidelit. 2. F. 6. c. 1. §. domino committente. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. c. 1. Qualit. dom. proprie. feud. prib. 2. F. 47. Inter dominum enim & vasallum fides debet esse reciproca. Zas. p. 7. n. 56. dominus siquidem vasallo dicitur conjunx quasi communi fidei vinculo conjunctus. c. 1. in pr. de not. feud. 2. F. 58. & Lothar. Imp. in c. 1. in si de prohib. feud. alie. per Lothar. 2. F. 52. ait, inter dominum & vasallum nullam fraudem, nullum malum ingenium intervenire debere, quod non minus ad domini quàm ad vasalli personam referendum est, hinc Germanicũ illud Getrewer Herr/ getrewer Knecht. *Intrigl. q. 62.*

XL.

Vasallus verò possessionem adeptus consequitur usumfru-

fructum (a), feudi proprietate apud dominum remanente (b).

a) c.1.§ quambis. De inveſt. de re alie. fact. 2.F.8.c.1. §. ſi. In quib. cauſ. feud. amit. 2.F.23.c.1. de controv inter vaſal. & ali. de benef. 2.F 43. Alvar. in d. c.1. §. quambis de inveſt. de re alie. fact. Zas. p.6.n.34. Sonsb. d.p.9 n 3. b) d c.1. in fi. In quib. cauſ. feud. amit. ubi Dd. com. Zas p.1 n.3. Vult. c. 10. n. 18. Proprietatem Dd. directum dominium appellant die Grundtgerechtigkeit oder der Grundteygenthumb. Ferrar. in pract. ſing. form. libel. quo agit. ad reboc. feud. in pr.

XLI.

Et hujus uſusfructus ratione rei feudalis uſus & adminiſtratio omnis legitima vaſallo permiſſa, abuſus verò & diſpoſitio adempta eſt.

d. c.1. §. fin. & ibi Dd. In quib. cauſ. feud. amit 1.F.23 c.1. de prohib. feud. alien. per Lothar. 2.F.52.c.1. de prohib. feud. alie. per Frider. 2.F.55.

XLII.

Hinc videmus Jus vaſalli in uſu rei conſiſtere adeò ut is non modò fructus omnes utilitatesquè ſuas faciat & meliorationes deducat.

d.c.1. in fi. In quib. cauſ. feud. amit. arg. l. certum. 22. ibiq; Gothofr. C. de rei vindic. c 1. §. ſi vaſallus. Hic finit. lex. deind. conſuet. 2.F.28. Burſat. conſ. 76, n. 38. vol. 1. Roland. à Vall. conſ. 28. n. 2. Roſenth. c. 10. concl. 123.

XLIII.

Verumetiam illud acquiſitum cum coheredibus ſine conſenſu domini absq; fraude dividere vel uni coheredum totum aſſignare non prohibeatur.

c.1.§. omnes filii. ſi de feud. defunct. cont. ſit. 2.F.26. d.c.1. §.1. verſ. prætereà ducatus. de prohib. feud. alie. per Frider. c.1. §. prætereà. verſ. item ſi fuerint. Quib. mod. feud amit. 1.F.5. arg. l.38. ff. fam. erciſc. Schurf. conſ. 17. cent. 1. Curt. p.4.n.122. Zas. p. 9. n.40. Clar. in §. feudum. q.44. n.1. Schrad p.8.c.2. n.31. Vult. 1.F.10 n.88. Diaz. reg. 773. VVeſenb. c.11. n.8. Mynſ reſp. 92. n. 39. Schrad. p.8.c.2.n 31.

XLIV.

Ità locare ſendatarius feudum, niſi locatio ſit fraudulenta, vel fiat potentiori (a), & ſubinfeudare poteſt (b).

a) c.1.§ donare, ibi licet poſſit locare. Qualit. olim pot. feud. alie. 2.F.9. Borch. c.8.n.36. Curt p.4.n.92. Schrad.p.8 c.1.n.18. & ſeq. Sonsb.p.12.n.83. Clar. q.33. n.1. Bald. & Iaſ. in l. manumiſſiones. 4. ff. de rer. diviſ. b) d.c.1. in pr. verſ. ſi verò totum vel partem. Qual. olim. feud. poter. aljen. c.1.§.1. per quos

fiat inveſt. 2. F. 3. Clar. q. 32. n. 1. Hartm. Piſt. q. 44. n. 1. Mynſ. cent. 1 obſ. 62. Vult. d. c. 10. n. 79. Zas. p. 9 n. 15. Ne autem dominus incommodo aliquo afficiatur ex eo, quod feudum abſq; conſenſu eius alteri concedi poteſt, tria potiſſimum requiruntur ad hoc, ut eiusmodi ſubinfeudatio Juris vigorem obtineat. Primò ut res infeudetur illi, qui ſit ſimilis conditionis & qualitatis ad ſerviendum domino. *d. c. 1. §. beneficium. ſi de feud. defunct. cont. ſit. c. 1. §. ſimiliter. De Leg. Corrad.* Secundò, ut iisdem pactis & conditionibus concedatur, quibus primus vaſallus habet. *d. §. ſimiliter.* Tertiò ut hoc fiat ſyncerè & ſine fraude. *c. 1. §. ſed etiam res. Per quos fiat inveſt. 2. F. 3. Hartm. Piſt. d. loc. n. 4.*

XLV.

Subinfeudatio verò ità ſyncerè facta ex parte vaſalli tenet perpetuò, ex parte domini, quamdiu vaſallus vivit.

Reſoluto enim jure datoris reſolvitur jus acceptoris. l. lex Cecilia fundo. 31 ff. de pignor. & hypoth. Videatur Vult. d. c. 10. n. 79. usq; ad n. 87. Curt. p. 4. n. 85. Roland. à Valle conſ. 67. n. 17. vol. 1. Ad agnatos quod attinet, extra omnem controverſiam poſitum eſt, hosce feudo ad ipſos devoluto, minimè devinctos eſſe, ut ſubinfeudationem hanc ratam habeant, ſed eam veluti reſoluto jure datoris penitus in irritum vocari. *arg. c. 1. §. rurſus. Quib. mod. feud. amit.* quippè cum in feudo paterno vel antiquo non valeat quæcunq; alienatio vel diſpoſitio facta per vaſallum in præjudicium agnati. *c. 1. §. hoc quoq;. De ſucceſſ. feud. c. 1. §. Titius. ſi de feud. defunct. content. ſit.* etiamſi domini conſenſus acceſſerit. *d. §. hoc quoq;. Andr. de Iſern. in d. c. 1. §. ſed & res. col. 1. Per quos fiat inveſt. Jul. Clar. in §. feudum. q. 32. n. 5.*

XLVI.

Ità quoq; de feudo libere tranſigere poteſt, dummodò bonâ fide ſine fraude & probabili timore litis tranſigat.

c. 1. §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. cont. ſit. 2. F. 26. & c. 1. de controv. int. vaſal. & alium de benefic. 2. F. 43. Curt. p. 4. n. 69. Zas. p. 9. n. 19. Sonsb. p. 12. n. 97. Wesenb. c. 11. n. 7. Vult. d. c. 10. n. 89.

XLVII.

Commodo feudi, quod ad vaſallum pertinet, ità conſiderato, ſequitur ut ad quid viciſſim vaſallus pro eo commodo domino teneatur diſpiciamus.

Beneficium enim beneficio compenſare æquum eſt. Sonsb. p. 10. in fi.

XLIIX.

Vaſallus itaq; ad ea, quæ in fidelitate continentur, omnibus tàm

tàm corporis quàm animi viribus, tàm pacis quàm belli & seditionis tempore obligatus est. 149

Vult d. c. 10. n. 21. Rosenth. c. 8. concl. 5. Schrad p. 6. c. 6. n. 9. & 7.

XLIX.

Ea verò in reverentiâ, taciturnitate, & servitiis domino præstandis consistunt.

Vult. d. n. 21. in fi.

L.

Reverentiam ergò fidelis suo domino debet etiam non requisitus.

c. 1. ibi, salvâ reverentiâ. De milit. vasal. qui cont. 2. F. 22. c. 1. ibi, quàm humiliter quàm debotè. In quib. caus. feud. amit. 2. F. 23. intrg. tit. ff. de obseq. parent. Vult. d. c. 10. n. 22. VVesenb. d. c. 11. n. 14. Rosenth. d. c. 8. contl. 34.

LI

Taciturnitatem quoq; , domini enim secreta tàm dicta quàm facta nemini manifestare debet.

Nam hoc vasallus tempore investituræ nominatim & expressis verbis jurat, se secreta sibi â domino commissa nemini manifestaturum. c. 1. de nov. form. fidelit. 2. F. 7. perjurus itaq; fit vasallus, cum secreta sui domini prodit, & ideò feudo privatur. c. 1. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 17. Borch. c. 8. n. 126. Zas. p. 7. n. 15.

LII.

Potissimùm verò servitia, dummodò sint honesta, & â vasallo citra dignitatis læsionem præstari possint.

Vult. d. c. 10. n. 25. Schrad d p. 6. c. 5. n. 14. Rosenth. d. c. 8. concl. 28.

LIII.

Et siquidem in tenore investituræ determinata sunt servitia, ad illa tantum & non alia obligatur.

Putà, si dictum sit, ut vasallus uno, duobus, tribus vel pluribus equis præsto sit, das Lehen mit einem/zwey drey/oder mehr Pferden zu bedienen/*cuiusmodi debentur ex feudis conditionatis* Setzlehen. *Andr. Knich. de Vest. pact. p. 2. c. 5. n. 26. & seqq. Schrad. d. p. 6. c. 6. n. 4. Vult. c. 7. n. 55. Vers. solent autem pacta interponi. Rosenth. d. c. 8. concl. 26. Rol. à Valle. cons. 23. n. 38.*

LIV.

Si verò expressa non sint, nihilominus tenetur ad ea, quæ cæteri ejusdem conditionis & regionis vasalli præstare solent.

Præpos. in c. 1. §. sed quid si dominus. n. 1. In quib. caus. feud. amit. & ibid. Laud. n. 13. & Matth. de Afflict. n. 47. Vult. c. 6. n. 13. Borch. c. 1. n. 29. Heig.

q.18.n.15. Rosenth.d.c.8.concl.25.Schrad.d.p.6.c.6.n.3. Blanc. lib.1. c.3.n. 37.Schneid.p.5.n.93.

LV.

Ad ea tamen præstanda vasallum non teneri arbitramur, nisi specialiter vel generaliter per edictum publicè propositum, aut simili modo requisitus aut vocatus fuerit.

per c.1.verb. & indè generaliter vel specialiter fuero requisitus. De nouâ form. fidelit.2.F.7.c.1 in fi. An ille qui interfec.2.F.37. & c.1.§ ad hoc. Hic finit. lex.2.F.28. arg.l. si quis hac lege.13.§.judicium. l.cum patronus.22.l.quoties. 24.ff.de oper. libert. Quià *personalia servitia, ad quæ vasallus tenetur ex naturâ feudi, sunt incerta, nec possunt certam ac limitatam dispositionem habere, sed secundum quod tempora & negotia occurrunt; nec enim expressum est, quo tempore vasallus debeat servire, igitur non tenetur præstare servitium, nisi à domino requiratur.* Deindè *probabiliter vasallus ignorare potest, an dominus suâ operâ opus habeat. VVesenb. c.9.n.12. Bald.in c.1.n.6. Andr.de Isern. n.3. Alvar. n.5. Præpos. n.2. De nov. form. fidelit. Curt.p.4.n.61. Sonsb.p.12.n.9. Borch. c.1.n.24. Duar. c.14.n.12. Vult. d.c.10.n.33 vers. quod si nunc.* Et *hæc ità vera sunt in servitiis istis personalibus seu officialibus, aliud verò erit quoad servitia obsequii, reverentiæ, fidei, taciturnitatis & his similia; illa enim ex obligatione naturalia & perpetua sunt, ideòq; semper & sine ullâ requisitione debentur. c.1. de form. fidelit. 2.F.7 VVesenb. c.9.n.12.in fi.*

LVI.

Nisi servitia talia sint, ut certo die aut tempore debeantur, ut si forrè dominus aut domina in templum deducendi sunt, tunc enim dies pro homine interpellat.

l. si mora. ff. solut. matrim. l. magnam. C. de contrah. stipul. Curt.p.4.n.61. Duar. c.14.n.12. Sonsb.p.12.n.65. & seq. Rosenth.d.c.8.concl.26.n.5. Laur. Sylvan. de feud. recognit. q.110.n.17.

LVII.

Vel nisi vasallus sciat domino magnum periculum mortis, aut aliud imminere, vel eum obsideri, vel detineri, vel de improviso impetum in eum fieri, tunc enim tenetur non vocatus sub feudi amissionis periculo succurrere, opem ferre aut nunciare.

d.c.1 §.licet. si de feud. defunct. cont. sit. c.1.§.2. Quæ fuit pri. caus. benef amit. 2.F.24. c.1. ibi, et si scivero. de nov. for. fidelit. Jacob. de S. Georg. in verb. & cum pacto quod dicti vasalli. n.6. Schneid. d.p.5.n.98.

LIIX.

Requisitus verò à domino quamprimùm comparere vasallus debet.

Vult,

Vult. d.c.10.n. 33.vers. quod si nunc quæritur. Id quod boni viri arbitrio ex varietate personarum, causarum, servitiorum, loci propinquitate, aut remotione, nec non periculi gravitate ità definiendum est, ut illi aliquod tempus præambulum concedatur, intra quod viatica aliaq; necessaria præparet, & ut illi tempus ad eundum indulgeatur sufficiens. c.1.§. firmiter. l.1. ibi, spatio competenti. De prohib. feud. alie. per Frider. 2 F. 55. & ibid. Bald. n 1. Alb. n.1. vers. quod tamen intelligas. Præpos. n.1. Laudens. n. 1. Raben. Raynaud. n. 9.

LIX.

Et per se vel per substitutum domino acceptabilem servire.

c.1.§. si quis decesserit. si de feud. defunct. cont. sit. c.1 §. firmiter. De prohib. feud alien per Frider. & ibi Schenck. n. 2. c.1. in fi. de feud Ligio. 2. F. 99. Hart. Pist. q. 33. n. 10. Rosenth. d.c. 8. concl. 23. Blanc. 2. F. 1 n. 44. Hæc tamen ità moderanda sunt, ut vasallus tum demùm per substitutum servire possit, si ipse habilis ad serviendum, & feudi capax sit; nam si per se incapax sit successionis eius, per vicarium admittitur, ut eleganter distinguit Jacob. de Belv. in c.1.§. si quis decesserit. & post eum omnes ibid. si de feud defunct. cont. sit. Schrad. p. 6. c. 6 n. 45. vers. requiritur tamen.

LX.

Acceptabilis autem domino dicitur, si ei æquè atqué vasallus domino utilis sit (a), quod arbitrio boni viri definiendum relinquitur (b).

a) d.§. firmiter. & ibi Schenck. Alb. in d.c. si quis decesserit. vers. oppono ab extra.
b) Alb. in d.§ firmiter. n. 3. Præpos. n. 2. vers. an sit in electione. Schrad. d.c. 6 n. 45. & seq.

LXI.

In propriâ tamen personâ vasallus servire tenetur, si in investiturâ expresse hoc dictum sit.

Quia tunc industria personæ electa censetur, nec dominus debet compelli invitus habere alium qui sibi serviat, quàm illũ, quẽ elegit. c.1. in fi. De fratr. de nob. benef. in best. 2. F. 12. cum alioquí contractus ex conventione legem accipere certum sit. l.1 §. si conveniat. ff. Depos. Rosenth. d.c. 8. concl. 42.

LXII.

Vel si publica utilitas id requirat, putà si vir sit rerum bellicarum peritus, stratagematum exacte gnarus, pollens consilio, ingenio, rerum peritiâ, authoritate & gratiâ in exercitu.

Rosenth.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0157
DFG

Rosenth. d. c. 8. concl. 39. Andr. de Isern. Alvar. & Schench. n. 3. in d. §. 1. § firmiter. De prohib. feud. alie. per Frider. quia talis vir unus mille aliis præstat, & plus valet duce leone cervorum exercitus, quam cervo duce leonum.

LXIII.

Et quidem contra omnes tenetur vasallus auxilium præstare domino, si ligius sit.

c. 1. §. contra omnes. Hic finit. lex 2. F. 28. c. 1. de feud. Lig. 2. F. 99. glos. in clem. pastoralis. verb. homoq; ligius. Clar. in d. §. feudum. q. 21. Steph. Forcat. c 9. n. 15.

LXIV.

Vasallus verò non ligius tenetur dominum juvare excepto Imperatore vel rege (a) & antiquiore domino (b).

a) c. 1. ubi glos. in verb. contra omnem hominem. De nov. form. fidelit. 2. F. 7. Blanc. 2. F. 4. n. 11. in fi. VVesenb. c 8. n. 28. Vult. d. c. 10. n. 29. Zas p. 7 n 22. Covar. in c. peccatum. p. 2. § 9. n. 8. & seq. Gail. 2. obs 56. Hartm Pist. q. 47. n. 32.
b) d. c. 1. in fi. Hic finit. lex. d. c. 1. de nova form. fidelit. ubi Laud. n 8. Alvar. n. 6. Afflict. n. 7. & Schenck. n. 4. Sylvan. q. 109. n. 13. Hartm. Pist. d. q. 47. n. 34. & seqq. Schrad. c. 5. n. 6. vers. quinto. & c. 6 n. 20. in fi. & n. 21. Vult. d. c. 10. n 30.

LXV.

Etiam adversus parentes, filios, fratres & agnatos suos.

per text. express. in d. c. 1. §. contra omnes. Hic finit lex. 2. F. 28. Licet enim perquàm durum hoc videatur, sequendum tamen est. prospexit. 12. §. 1. ff. Qui & à quib. manumiss. nostrum siquidem non est in his quæ scripto palàm comprehensa sunt, ab ipsis scripto recedere, & solus princeps eam duritiem corrigere potest. Cujac. lib. 2. feud. tit. 1. Gothofr. ad d. l. prospexit. Roland. à Valle cons. 44. n. 2. vol. 2. Hannet. 1. F. 9. Schneid. d. p. 5. n. 94. vers. quinto. Stephan. Forcat. c. 9. n. 14. Borch. c. 4. n. 24. Rosenth. d. c. 8. concl. 14. Et salus principis superioris parentum, filiorum & consanguineorum anteponenda est. Nov. 115. c. 3. §. 3. Diss. magni gravesq; ICti. Zas d. p. 7. n. 30. Sonsb. p. 11. n. 36. & seqq. Schenck. Baro in d. c. 1. §. fi. Hic fin. lex. n. 2. & seqq. cum repugnet Quartum Decalogi præceptum & jus naturale. Sed Matth. de Afflict. fretus textu expresso approbatoq; in d. c. 1. §. fi. Hic finit. lex. dicit, quod vasallus dominum adjuvare debeat etiam contra patrem vel fi-
[illegible] tenetur domino vinculo juramenti, quod majus & fortius est,
lium, q[illegible] factionis & conjunctionis, juravit enim per Deum, Deus au-
quàm ratio a[illegible]m, ante & super omnes diligendum, ut patet ex ordine
tem est supra natura[illegible] ff. de justic. & jur. c. cum contingat. De jurejur. diligendorum. l. veluti. 2. [illegible] erga dominum, quàm conjunctio sanguinis & sic plus est religio juramenti erga parentes.

Num

Num ergò & domino contra seipsum auxiliabitur? Neg.

Quià in generali cõcessione nõ cõtinetur persona loquentis. per text & quæ ibi notantur. in l. Paulus 29. §. si. ff. de pign. & hypoth l. inquisitio C. de solut. Et ordinata charitas à se ipsâ incipit. c. si non licet. 23. q. 5. & plus se amat in ungue pedis, quàm adversarium in vertice capitis. Hinc Augustin. lib. 1. de civit. Dei c. 27. inquit, Regulam diligendi proximum à semetipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est, diliges proximum tuũ sicut teipsum. Jac. de S. Georg. in verb. & promiserunt n. 13. Borch. c. 7. n. 41. Blanc. 2. F. 1. n. 30. Matth. de Afflict. in d. c. 1. §. ult. Hic fin. lex. ubi dicit, lupum mordere carnes alienas, sed suas lambere. Sonsb. p. 11. n. 14. Schneid. p. 5. n. 95. Rosenth. d. c. 8. concl. 15. n. 1. Et vasallus quandò jurat se dominum contra omnes defensurum, de extraneis tantum cogitasse & sensisse præsumitur, non verò de seipso: imò si specialiter fuisset interrogatus de se, verisimiliter jusjurandum recusasset. Jusjurandum verò, sicut & transactio non porrigitur ad ea, de quibus verisimiliter non fuit cogitatum vel actum. arg. l. 30 ff. de oper. libert. l. ult. ff. ad Municip. Obst. l. 1. § juxta hoc. 28. ff. ad SC. Syll. ubi dicitur, quod servus, quotiens domino suo auxilium ferre potest, nõ debeat saluti eius suam anteponere. (Hinc valdè commendatur servus Panopionis, qui cum cognovisset milites ad occidendum dominum suum venisse, commutatâ cum eo veste, permutato etiam annulo, illum postico clàm emisit, se autem in cubiculum ac lectulum recepit, & ut Panopionem occidi passus est, ut commemorat Valer. Maxim. lib. 6. c. 8. de fid. serv. erg. domin. Simile exemplum fidelis famuli genere nobilis erga Mauritium Ducem Saxoniæ scriptum reliquit Schleid. in comment. de stat. relig. & reipub. lib. 15. in pr.) Rt. Ruding. lib. 1. var. lect. jur. feud. c. 37. n. 4. & 5.

LXVII.

Ità neq; adversus patriam suam, aut veram religionem erga Deum Dominum juvare tenetur.

arg. l. 2. ff. de just. & jur. & l. minimè. 35 ff. de religios. & sumptib. fun. Borch. d. c. 7. n. 42. Schrad. d. c. 5 n. 6. vers. quarto. Vult. d. c. 10. n. 31. Alvar. in c. 6. n. 8. & ibid. Schenck. n. 4. de nob. form. fidelit. Zas. p. 7. n. 32. Soarez. lit. f. n. 74. Iacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 15. & in verb. & promiserunt. n. 13.

LXIIX.

Inprimis verò domino servire tenetur in bello (a), tàm ad offensionem, si justum sit (b), aut de eo dubitetur (c).

a) Servitia enim feudorum regulariter sunt militaria sivè equestria Ritterdienste/undè etiam paßim vasalli milites dicuntur. Hotom. in c. 1. de fratrib. de nob. benef. inveſt. 2. F. 12. & Conſtant. Harmenopolus feuda ipſa vocat κτήματα στρατιωτικὰ seu poſſeßiones & prædia militaria. b) per c. 1. in pr. Hic finit. lex. 2. F. 28 c. 1. ibi, & ſi ſciveris te velle iuſtè aliquem offendere. De nob. form. fidelit. 2. F. 7 Moz. ex quib. cauſ. feud. amit. n. 15. Curt. p. 4. n. 6. Caccialup. in repet. c. un. De feud. cognit. obſ. feud. 37. n. 1. & 2. c). d. c. 1. in pr. ibi, aut cum dubitatur. Hic finit. lex. & ibi Andr. de Iſern. Alvar. & gloſ. Zas. p. 7. n. 27. Hartm. Hartm. tit. de feud. obſ. 32. Iacob. de S. Georg. in verb. & promiſerunt. n. 6. Tunc autem de eo dubitari poteſt, quandò dominus habuit conſilium ſuorum procerum & conſiliariorum, qui cum principe deliberaverunt bellum eſſe aſſumendum; nam illud dicitur benè deliberatum, quod fuit deliberatum â conſilio ſeniorum. l. conſenſu. C. de repud. c. eſtote. 1. q. 1. Iacob. de S. Georg. d. n. 6. & Rudinger. lib. 1. var. lect. jur. feud. c. 58. n. 2.

§. LXIX.

Quàm ad defenſionem etiam in bello injuſto.

d. c. 1. in pr. verſ. ſed cum palàm. Hic finit. lex. Petr. Ferrar. form. lib. quo agit. ad revocat. feud. Zas. d. p. 1. n. 79. Borch. c. 7. n. 45. Ruding. d. c. 58. n. 3. & ſeqq. Quià defenſio non eſt propriè maleficium. l. 1. §. agnoſcendum. ff. de bon. eor. qui mort. ſibi conſciv. cum nec locus nec tempus iſtud patiatur. l. 1. ff. de exerc. Item quià vaſalli cenſentur milites & ſtipendiarii dominorum. c. imperialem. §. firmiter. De prohib. feud. alienat. per Frider. undè juſtum eſt & æquum, dominos protegi & defendi â ſuis vaſallis, quantumcunq; ex parte dominorum defenſio ſit injuſta, & ità obtinet de jure feudorum, non enim debemus recedere â textu. d. c. 1. Hic finit. lex. De jure verò divino id non procedit per dictum Apoſtoli dicentis, eos dignos morte, qui peccatum conferunt. Et dicit Thomas de Aquino ſecunda ſecundæ quæſt. 69. art. 2. quod multa ſecundum leges humanas relinquantur impunita, quæ tamen quantum ad divinum judicium ſint peccata, exemplum dat in ſimplici fornicatione, nam principibus ſecularibus homo in tantum tenetur obedire, in quantum ordo juſticiæ requirit, & in quantum præcipit juſta; alioquin ſi juſtum non habuit principatum, ſed uſurpatum, vel præcipiat injuſta, non eſt ei parendum, niſi pro evitando ſcandalo. Ad idem adducitur dictum Apoſtoli, dum dicit: Eſtote ſubditi omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi tanquàm præcellenti, ſivè Ducibus tanquàm ab eo miſſis. Sic de jure Canonico non eſt licitum vaſallo juvare dominum, quãdò ex parte domini eſt injuſta defenſio, quià miſericordius eſt peccantibus o-

pem

pem non ferre, quàm si impendamus, imò dicit textus notanter in c. si res aliena. 24 q. 6. [illegible] magis peccet ille, qui opem fert peccanti, quàm ille qui principaliter peccat. Iacob. de S. Georg. in verb. & promiserunt. n. 8.

LXX.

Et si convenit, cujus sumptibus vasallus guerram, id est, bellum facienti vel se defendenti domino auxilium ferre, vel alia servitia præstare debeat, huic meritò standum est.

c. 1. §. præterea. Quid sit in feud. 2. F. 2. l. 7. §. quinimò. l in traditionibus. 48. ff. de pact. Laud. in c. 1. n. 5. De his qui feud. dar. poss. & in c. 1. §. quinetiam. n. 8. Episcop. vel Abbat. Borch. c. 1. n. 25. Iacob. de S. Georg. in d. verb. & promiserunt. n. 1. Zas. p. 7. n. 45.

LXXI.

Si verò nihil convenit, videndum est utrum feudum sit sumptibus sufficiens, quià amplum, & suis sumptibus serviet vasallus, sin minus, sumptus suppeditabit dominus.

arg. c. 1. ibi, sed pro quantitate beneficii. & verb. final. si plures sint domini. 2. F. 77. & l suo victu. 18. cum seqq. ff. de oper. libert. Sonsb. p. 11. n. 43. Vult. c. 10. n. 34. Zas. p. 4. n. 44. & seq. Borch. d. c. 1. n. 27. VVesenb. c. 10. n. 3. Moz. c. 1. n. 108.

LXXII.

Hodiernâ tamen consuetudine vasallos indistinctè servire auff des Lehenherrn Futter vnd mahl / oder zimliche vnd gewohnliche besoldung testatur.

Matth. Coler. decis. 82. n. 3. & Andr. Knich. de jur. territ. c. 3. n. 363. Schneid. p. 5. n. 111.

LXXIII.

Sed quid num vasallus extra patriam & territorium domino bellum gerenti servitia præstare cogatur anxiè inquirunt Doctores? Sub distinctione id verum putamus.

Aut enim dominus ob defensionem sui ducatus aut territorii bellum movet, & cogitur vasallus eum sequi, plerumq; enim præstat sedem belli in hostico collocare, & vim hostilem in alienâ ditione experiri, quàm in propriâ, ne dubia Martis alea secùs si cadat, afferat duplex incommodum, nempè & cladem exercitus & propriæ regionis devastationem. Ità Scipio in Italiâ noluit pugnare cum Hannibale, sed trajecit exercitum in Africam, ut retraheret Hannibalem ab obsidione urbis Romæ. Schneid. d. p. 5.

n.94. Rittershus.2.F.1.n.30.Iacob. de S. Georg. in d.verb & promiserunt. n.5. Curt.p.4.n.7.Caccialup.d.obs. 37.n.3.Si verò non defensionis,sed ampliandi imperii eiusq; limites proferendi gratiâ dominus arma susceperit, nec tamen procul à patriâ belli molem transferat,tunc vasallus eum non tàm necessitate cogente quam honestate suadente sequi debet; at si in longinquam regionem pergat & copias ducere instituat,tunc minimè ei adesse tenetur, Iacob.de S. Georg.d.loc.n.4.Rittershus.d.n.30. Schneid.d.n.94. Andr. de Isern.in c.1. §. similiter. De capit.qui Curiam vend.Speculat. de feud. § quoniam. vers. 23.Curt. d.p.4.n.7.

LXXIV.

Cum itaquè vasalli equis & armis pro suis viribus & secundum suam ac feudi conditionem atquè dignitatem instructi domino in subsidium venire debeant, quæritur si quid horum in militiâ amittant,an idâ domino repetant, & ab eo damni præstationem consequantur? Neg.

arg. eius,quod operarii damnum ferramentorum & instrumentorum suorum ipsi ferre debeant. l. 2. §. si conservatis.ff. de Leg. Rhod. de jact.| Deindè vasalli ex debito adstricti sunt adjuvare dominum, ideoq; casus fortuitus domino non imputatur. Bart.in l. si servus. §. quod verò. ff. de furt. Rosenth.d.c.8.concl. 22. Matth.de Afflict.in c.1. An agnat.vel fil. n.43.Schneid. p.5.n.109. Schrad.p. 6. c.6.n.16. Vult. d.c.10.n.34 in fi. Borch. c.1.n.27. Attamen de jure Saxonico aliter statutum est,quo cavetur. Wann der Mann ein pferdt oder ichts anders seines guts seinem Herrn gelehen/oder ichts anders an seinem dienste verlohren/das im noch nicht vergolten ist / die weil ist er nicht pflichtig zu dienen seinem Herrn/noch Lehenrecht zu pflegen *text.est in Lehenrecht. c.4.& c.67. Schneid. p.5.n.129.*

LXXV.

Præterea & ad alia quædam suo domino vasallus obstringitur,putà ad petitionem renovationis iuvestituræ.

c.1.Quo temp.mil. invest pet deb. ubi Dd. 1.F.21. c.1.in pr. & ibid. Dd.Qui fuit pri. caus. benef. amit. 2.F.24. c.1.in pr.de Capit. Corrad. 2.F.40.

LXXVI.

Item ad rerum feudalium,earumquè confinium demonstrationem.

glos.in l. pen. §.in exigendis.verb.jurata. C. Quomodo & quib. quart. pars.lib. 11. Iacob.

li. Iacob. de S. Georg. sup. verb. dicti, Vasalli promiserunt recognoscere. n. 15. præsumitur enim dolus in vasallo, qui non vult obtemperare domino petenti sibi ostendi res feudales. l. non potest dolo carere. De R. I. Zas. d. p. 7. n. 52. Rosenth. d. c. 8. concl. 32. & seq. Intrigl. q. 68. n. 11.

LXXVII.

Tenebitur ergò etiam domino instrumenta aliasq; scripturas edere? Maximè.

I. arg. l. Titius heres. 48. ff. de act. Empt. II. Quià instrumenta super re communi sunt confecta, & utriusq; interesse in iis versatur, & vasallus utilitatem domini promovere obligatus est, præsertim circa feudum, cuius nequalitatem quidem citra amissionis periculum negare licet. c. 1. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. III. Quià in simili de Clerico beneficium possidente traditum reperitur, eum titulum suæ possessionis ostendere debere. c. ordinarii. De offic. ordin. in 6. c. contra morem. ibi, concessa à vobis oportet ostendi. dist. 100. I. Obst, Quod nemo possessionis suæ titulum cogatur edere. l. cogi. C. de petit. hered & ibi Dd. Ias. in §. actionum. n. 200. Inst. de Act. Vasallus autem per hanc instrumentorum editionem si non directò, tamen obliquè eo videtur adigi. Resp Rosenth. d. c. 8. concl 33. II. Obst. Quod Bart. in l. un. n. 2. C. de conduct. fund. fiscal. tradit; Si Rex Baronem citet ut ostendat jura sua, quæ habet in castris quæ possidet, quod aliàs ea illi velit auferre, citationem esse ipso jure nullam, cum nemo cogatur ostendere titulum suæ possessionis. Resp. Rosenth ibid. III. Obst. sufficere Vasallum petentem investituram exhibere proximam antecessoris confirmationem ad hoc, ut eum dominus investire cogatur, non requiri sic eventurum fore, ut vasallus, qui per 30. annos præscripserit, jus suum amittat. Resp. Rosenth. d. loco.

LXXIIX.

Sed quid num etiam dominum inopem alere tenebitur? Neg.

I. Quià nulla cõstitutio feudalis hoc præcipit. E. nec nos id statuere debemus. l. dissentientibus. C. de repud. l. illam. vers. eo quod. C. de Collat. II. Quià durum est unum eundemq; vasallum & feudi muniis astringere, & alimentorum sumptibus gravare. III. Quià vasallus non tenetur dominum eripere à perjurio & sic à periculo animæ. c. 1. §. licet. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. E. nec à periculo corporis, quod ad hunc casum, quià anima corpori præfertur, arg. l. sancimus. C. de SS. Eccles. IV. Quià dominus hoc casu po-

su potest jus suum vasallagii vendere, ex quo seipsum alimentare potest. I. Obst. *Libertus cogitur alere patronum inopem. l. si quis à liberis ff. de liber. agnosc. l. Dibus. ff. de jur. patron. l. si unquam. l ingratus eod. At libertus & vasallus æquiparantur.* Rx. *Matth. de Afflict. in d. § licet. n. 5.* II. Obst. *c. de forma. 22. q. 5. cum similibus, ubi dicitur vasallum debere juvare dominum in necessitatibus suis. E. etiam alere, quia illa est summa necessita s.* Resp. *Matth. de Afflict. d. loc.* III. Obst. *Filius æquiparatur vasallo glos. in c. 1. §. econtrario. de invest. de re alie. fact. At filius tenetur alere patrem & econverso. l. si quis à liberis. §. vel si parens. ff. de liber. agnosc. E. & vasallus.* Resp *Roland. à Valle consil. 5. vol. 3. Notandum tamen, quod vasallus dominum per fundum feudalem transeuntem hospitio excipere, & ipsi victualia pro pretio præbere cogatur. Joh. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de feud. §. quoniam. n. 67. in fine. in verb. si quis id. Schrad. p. 6. c. 6. n. 123. citans. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 265. n. 11. & attingit Præpos. in c. 1. §. similiter. n. 2. De Capit. Corrad. Alvarat ibidem. n. 6. Chassan. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 4. in pr. n. 8. vers. secundò dicitur.*

LXXIX.

Nisi vasallus maximum feudum summèquè opulentum possederit, vel si facto vel culpà Vasalli Dominus ad inopiam pervenerit, vel etiam patrimonium ferè totum in vasallum exhauserit.

c. 1. § fin. Episcop. vel Abbat. 1. F. 6. Quoniam in feudo, in quo non succedit mutus, tamen si magnum est, debet ei aliquid relinqui pro alimentis. E. *idem dicendum erit in domino à pari ratione. arg. c. 1. §. 1. de form. fidelit. Præpos. in d. c. 1. § licet n. 3. si de feud. defunct. cont. sit. Clar. q 23. in fine.*

LXXX.

Ab hostibus tamen captum dominum, si se sine gravi suorum bonorum dispendio & diminutione redimere nequeat, vasalli liberare debent.

c. 1. §. 2 vers. item si delator. Quæ fuit prim. caus. benefic. amit. 2. F. 24. c. 1. §. ult. de alien. feud. patern. 2. F. 39. VVesenb. c. 10. n. 18. Iacob. sup verb. qui quidem investiti. n. 77. ubi dicit, quod dominus hoc casu debeat petere subsidium moderativè, caritativè & gratiosè, non autem cum violentiâ. c. un. 10. q. 3. sequitur Schneid. d. p. 5. n. 121.

LXXXI.

Justè

Justè verò incarceratum, ob delictum vel debitum putâ, redimere non tenentur.

Clar. in §. feudum, q. 24. n. 2. Vasq. lib. 1. illustr. contr. c. 6. n. 6. vers. 19. Kirchob. in com. opin. lit. U. concl. 98. n. 3. cent. 5. Vult. c. 10. n. 36. Borch. c. 8. n. 114. Sonsb. p. 11. n. 45. Iacob. sup. d. verb. qui quidem investiti n. 77. Iacob. Alvarot. in c. 1. §. licet vasallus. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. n. 7. reprobans opinionem Ardizonis contrarium volentis. Matth. de Afflict. in c. 1. vers. si à morte. n. 4. de alienat. feud. pater. Curt. p. 4. n. 75. Zas. p. 7. n. 47. Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. §. 30. n. 146. Schneid. p. 5. n. 123.

LXXXII.

Sed si dominus ad pecuniam alicui certo die solvendam mediante juramento devinctus sit, an tum vasalli eum, ne in perjurium incidat, liberare teneantur? Neg.

I. per text. in c. 1. §. licet vasallus. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. & c. 1. in fin. De alienat. feud. patern. 2. F. 39. II. *Quià vasallus non amittit feudum ex omni causâ, per quam accepti beneficii sit immemor. c. 1. vers. illud enim certum est. Quæ fuit prim. cauf. benef. amit. 2. F. 24. Sed quædam egregiæ causæ ingratitudinis requiruntur, c. 1. vers. de illâ tamen. In quib. cauf. feud. amit. 2. F. 23. Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. n. 1. & 2. Alvar. n. 4. Matth. de Afflict. n. 1. Schenck. & alii in d. c. 1. §. licet vasallus. si de feud. defunct. cont. sit. Rosenth. c. 8. concl. 28. Iacob. de S. Georg. d. n. 77. Zas. p. 7. n. 47. Sonsb. d. p. 11. n. 45. VVesenb. c. 9. & 10. n. 17. Blanc. lib. 2. c. 1. n. 42.* Obst. verò *quod vasallus teneatur liberare dominum carcere inclusum. d. c. 1. vers. item si delator. Quæ fuit prim. cauf. benefic. amit. 2. F. 24. adeò ut si non liberet, feudo privetur.* E. *& hoc casu.* Resp. *Rittershus. 2. F. 1. n. 41.* Limitationes *vide apud Schrad. p. 9. c. 8.*

LXXXIII.

An ergò in filiâ elocandâ pauperem dominum juvare debeant non importunè quæritur? De jure Neg.

I. *Quià ad ea impendia, quæ usibus feudorum expressa non sunt, vasalli minimè tenentur. Sed nulla feudalis juris constitutio præcipit vasallos teneri domino subsidium pro maritandâ filiâ conferre: quod ergò Lex vel constitutio non dicit, neq; nos dicere debemus. l. illam. 19. vers. eo quod nulla constitutio. C. de collat.* II. *Quià paternum est officium dotare filias. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. adeò quod nec mater teneatur reguluriter dotare filiam. l. neq; mater. C. de jur. dot. nec frater sororem, nisi in casibus notatis in glos. l. complures. §. fin. ff. de administ. tut.* E. *multò minus vasal-*

li. III.

li. III. *Quià vasallus regulariter obligatus est domino ad servitia præstanda præsertim militaria, propter quæ feuda adinventa sunt. c.1. an mut. vel aliàs imperfect. 2. F. 36. Vndè in literis investiturarum plerumq; apponi solent verba,* die Lehen trewlichen verdienen. *Dominus igitur contentus esse debet onerim impositis tempore concessionis feudi, nec vasallos ultrà gravare debet.* IV. *Quià vasalli non tenentur dominum pauperem alere, nec ab ære alieno exsolvere & ex carcere liberare, eò quod dominus sibiipsi potest consulere cedendo bonis. d.c.1. §. licet vasallus. si de feud. defunct. cont. sit. 2, F. 26. Filia ergò melioris conditionis esse non debet quàm ipse vasallus.* Hodiè tamen est generalis consuetudo circa maritagium filiarum domini, ut vasalli & subditi præstent adjutorium domino. *Iacobin. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti. n. 76, & seq.*

LXXXIV.

Multô minus ergò in filiâ spuriâ maritandâ subsidium conferre tenentur.

Quià pater filiam suam spuriam dotare non tenetur. l. uxorem. §. pater naturalis. ff. de Leg. 3. Sonsb. p. 11. n. 48. Iacob. de S. Georg. in d. verb. qui quidem investiti. n. 79.

LXXXV.

Hinc alia emergit pulchra quæstio, præsuppositò, quod vel ex pacto vel consuetudine vasalli & subditi teneantur præstare auxilium domino, quandò maritat filiam, an tenebuntur quoq;, quandò filia in ascetrium est mittenda? Aff.

Cum bonum sit argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. c. inter corporalia. Ext. de translat Episc. Item cum magis sit curandum de animâ quàm de corpore. c. præcipimus. q. 1. Et Deus optimus nobilior sit omni viro alio absq; aliquâ comparatione. Si ergò subditi teneantur ad onus maritagii, quandò fil. a domini contrahit cum aliquo matrimonium. E. multò magis tenebuntur, quandò contrahit cum Deo. Iacob. de S. Georg. d. loc. n. 80. Cyn. Alberic. de Rosate & alii in auth. Sed quamvis. C. de rei uxo. act.

LXXXVI.

Et quamvis vasalli ad plura alia teneantur, quæ si non faciunt, feudo privantur, tamen de his commodius in disput. seq. cum Deo agemus.

Dispu-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0166
DFG

Disputatio IIX.

DE FEUDI AMISSIONE.

RESPONDENTE

DANIELE ZANGERO
Wittenberg. Saxone.

CONTINUATIO.

Cum nihil adeò validè ligetur, quin resolutioni idem obnoxium sit, & hucusquè dictum sit quomodò feudum constituatur & acquiratur; consequens est videre, quo pacto rursus finiatur & amittatur, tum etiam ad quem finitum vel amissum devolvatur.

Thesis I.

Feudi privatio generalioribus modis in jure bifariam exprimitur, aut enim amittendo contingit, aut finiendo.

II.

Feudi finiendi modi sunt vel ratione ipsius rei, si nimirum res, cui feudum inhæret, interierit (a), vel personæ, putà mortis vasalli vel domini sine successore feudali morientis (b). *Modi finiendi feudi.*

a) §. fin. Inst. de usufr. l. pen. C. eod. arg. l. 1. C. de Iur. Emph. VVes. de feud. c. 19. n. 2. sublatâ enim re, in qua utpotè in suo subjecto res aliqua est, ipsum etiam jus tanquam ejus adjunctum tollitur. arg. l. cum principalis, 178. l. nihil 128. ff. de R. J. c. accessorium. cod. in 6. b) Quià in utroq; casu fit proprietatis cum usufructu, seu directi dominii cum utili consolidatio. arg. d. §. fin. Inst. de usufr. c. 1. ibi, si tamen sine herede masculo. Qualit. olim pot. feud. alien. 2. F. 9. c. 1. in fi. Apud quem vel quos contr. feud. 1. F. 18. Vult. 1. F. 11. n. 7. Moz. c. ult. n. 2. & 3. Et hoc de morte civili quoq; verum putamus. arg. d. l. pen. C. de usufr. Huc facit, quod feudi origo ad jus non naturale sed civile referendum sit, cujus juris, nisi qui iidem sint cives Romani, non sunt capaces. Vult. d. c. 11. n. 8.

III.

Contrariâ item voluntate, eaquè expressâ vel tacitâ. Expressa, refutatione & remissione feudi. Refutatio fit â vasallo vel domino, vel agnatis descendentibus aut collateralibus vasalli : Remissio fit vasallo â domino.

c. 1. de vasall. qui cont. const. Lothar. 2. F. 38. c. 1. de vasal. decrep. ætat. 2. F. 14. c. 1. De eo qui fin. fecit agnat. 2. F. 49.

IV.

Domino & novum & antiquum feudum rectè ceditur, at hoc refutante mortuo ab agnatis revocari potest, non illud nisi contemplatione ipsorum expresse datum fuerit.

gloss. in c. 1. de alien. feud. pat. Zas. p. 9. n. 14. Borch. c. 8. n. 54. Sonsb. p. 12. n. 121.

V.

Agnatis descendentibus feudum refutatur, sivè novum sit sivè antiquum,

c. c. 1. de alien. feud. pater. 2. F. 39. & d. c. 1. de vasal. decrep. ætat.

VI.

Collateralibus verò, qui â primo acquirente originem ducunt, antiquum duntaxat impunè refutatur.

Borch. d. c. 8. n. 56. Sonsb. d. loc. n. 118. Dd. com. in c. 1. §. si Titius. si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26.

VII.

Tacitâ voluntate finitur feudum præscriptione libertatis, quandò vasallus possessor â domino servitia præstare requisitus ea ex probabili causâ præstare denegaverit, & â tempore denegationis factæ triginta anni lapsi fuerint.

arg. c. 1. §. si quis per 30. annos. 2. F. 26. si enim feuda præscriptione acquirantur, consequens est ut ea quoq; eadem amittantur. l. nihil tam naturale. de R. I. VVesenb. c. 5. n. 3. Duar. c. 8. n. 2.

IIX.

Modus amittendi Modis finiendi consideratis succedit in palæstram modus amittendi, qui culpa generaliter sivè ingratitudo dicitur.

c. 1. Qualit. dom. feud. priv. 2. F. 47. Iohan. Ferrar. Mont. 4. F. 1. Zas. p. 3. n. 2. Vult. 1. F. 11. n. 17.

IX.

Amittitur verò feudum non nisi ex justâ causâ, sine certâ enim

nim & convictâ culpâ non est quis feudo privandus (a), adeò ut 163
ne princeps quidem sine aliquâ legitimâ causâ aliquem feudo privare possit (b).

a) c.1.de feud. sine culpa non amit. l.F.21. c.1.de nat.feud. l.F.7. c.1.in pr. Quo temp.mil.inveſt.pet.deb.l.F.22. Borch.c.8.n.1. b) d.c.1.de nat.feud. Intrigl.q.73. n.2. Roſenth. c.10. concl.2. Clarus in §. feudum. q.26. n.9. ne quidem ſub poteſtatis abſolutæ umbrâ. arg. l.6.C.Vnde vi, principi quippè tantum honeſta poßibilia putamus. c.ſcelus.q.1.c.Regum.23.q.5.

X.

Causæ autem, ex quibus vasalli ingratitudo & culpa arguitur, rotundâ regulâ & certâ comprehendi nequeunt (a), sed graves sint necesse est Judicis æstimationi relinquendæ (b), & quamvis quædam jure feudali expressæ sint, ad eas tamen solas judex non est astrictus, sed si aliæ quædam similes & graviores sint, prudens & discretus judex eas observabit (c).

a) c.1.in quib. cauſ.feud. amit.2.F.23. b) d.c.1.in quib.cauſ.feud. amit.c.1.§. 2.verſ.prædictis modis. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. 2.F.24.d.c.1.verſ. de illâ tamen.ibi non enim ad hoc ſufficit. In quib. cauſ.feud.amit. c) c.1. ibi, vel ſimiles culpas commiſerint. Quib.mod feud. amit.1.F.17.d.c.1. §.2 verſ.prædictis modis. Quæ fuit prim cauſ. benef. amit. Duar.c.14. n.25.

XI.

Et in dubio judex pronior ad absolvendum quàm condemnandum esse debet.

arg.c.1.§.1.Hic finit. lex.deind.conſuet.reg incip.2.F.28. Zæp. 10.n.65.Modeſt.Piſtor. conſ.60.n.11.Vol.1.Schon.lib.1 diſp.10.th.16.

XII.

Hîc igitur non inconvenienter quæritur, An ob causas justas Exheredationis, Revocandæ donationis, & dissolvendi matrimonii Jure civili expressas feudum amittatur? Nos nisi in casu, quo ejusmodi aliquid in dominum committatur, ex quo illi injuria inferatur, nisi contrarium in jure feudali sit receptum, vel huic materiæ sit inconveniens, negamus.

Cum Schon.d.diſp.10.th.17. lit.b.& c. Curt.p.4.n.77.verſ.refert tamen. Duar. c.14.n.25.Roſenth.c.10.concl.13. Vult.c.11.n.13.Schræd p.9.c.9.n.24. Quia ſi benè advertimus ad cauſas enumeratas in l.conſenſum.8. §.2.C.de repud. ſequeretur, quod ex omni adulterio, & ex omni homicidio vaſallus privaretur feudo, prout ibi diſſolvitur matrimonium, & tamen iſtud eſt

contra textus feudales, qui solum enumerant certas personas, cum quibus vasallus coëundo privatur feudo, ut in c.1.§.1, cum seq. Quib.mod.feud.amit. 1.F.5. Idem dicimus de homicidio, quià non ex omni homicidio vasallus privatur feudo, quod indè patet, quià interficiens etiam fratrem domini non privatur feudo. c.1. An ille qui interfec.fratr.dom. 2.F.37. Obst.d. c.1.§. 2.vers. prædictis modis. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2 F.24. undè colligitur, quod ex iisdem causis, ex quibus fit exheredatio, Matrimonii dissolutio, Donationis revocatio, fit etiam feudi privatio. Et est ratio, quià eadem æquitas, quæ cadit in illis insurgit etiam in hac feudi privatione, meritò ergò uniformiter judicari debent, nam ubi est eadem ratio, debet statui idem jus. l.illud.ff.ad Leg. Aquil. Rt. Schon. & Vult.d. loc.

XIII.

Culpa vel Culpam Dd. aliam faciunt Commissionis, aliam omissionis.

arg. l. si servum. 91. de verb. oblig. l.socius socio. 72. ff. pro socio. glos. in l. si mora. ff. solut. matrim. VVesenb. c.15.n.4. Rosenth. c.10.concl.1. Sylv. de feud. recognit.q.12. n.23.

XIV.

Et utraque personam concernit vel rem. Personam vel domini vel Extranei. Domini rursum aut directò aut per consequentiam.

arg. l.1, §.1 ff. de injur. §. patimur. Inst. eod.

XV

Directò cõmittitur in personã domini. Directò in personam domini committitur, veluti si vasallus dominum occidat, & hoc quocunq; modo fiat, gladio an veneno, aut aliter nihil interest.

c.2.vers. incolume. De form. fidelit. 2.F.7. & c,1. ibi, quod tu amittas vitam. De nov. form. fidelit. 2.F.7. c.1.§.2.vers. porrò. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. 2.F.24. Neq; id mirum, non solum enim à tanto scelere ipsum abstrahere debuerunt juris naturalis præcepta alterum lædere prohibentia, sed etiam peculiaris illa sanctissimaq; necessitudo, quæ ipsi cum domino feudi intercedit, imò jusjurandum quod ei præstitit. Rittershus. 2. F.5.q.5.

XVI.

Si tamen vasallus suæ defensionis gratiâ dominum occiderit, cum aliter periculum evitare non posset, feudo non privatur.

glos. Iser. Alvar. Præpos. Matth. de Afflict. in d.c.1.vers. porrò. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. Curt. Jun. p.4.n.36. VVes. c.10.n.11. Sonsb. p.11.n.41. Zas. p.7. n.37. Clar. in. feudum. q.21.n.ult.

Si in

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0170
DFG

Si in personam domini manum injecerit eum pulsando vel vulnerando

d. c. 1. vers. porrò. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. Zas. p. 10. n. 38. Nam & Donatio ob hanc causam revocatur â Donatario ingrato. l. fin. C. de revoc. donat. & filius â patre jure exheredatur. Nov. 115.

XIIX.

Si graves & inhonestas injurias domino intulerit (a), quas prudens Judex, cum leves non sufficiant, ex iis, quæ in jure civili de iis dicuntur, æstimabit (b).

a) d. c. 1. vers. porrò. Quæ fuit prim. caus. benef. amit. Iacob. super verb. qui quidem investiti. n. 21. b) ex tit. ff. Inst. & Codic. de injur. & l. aut facta. 16. ff. de pæn. Intrigl. q. 89. n. 66. Mozz. d. c. ult. n. 25. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. cas. 263. n. 2. Sonsb. p. 12. n. 37. Tiraq. in l. si unquam. vers. omnia. n. 31. col. ult. C. de revoc. donat.

XIX.

Nec interest per se vel per alios vivo vel mortuo seu cadaveri, sequestratione puta arresto vel alio modo sepulturam impediendo (a), præsenti vel absenti domino dictis vel scriptis injuriam intulerit (b).

a) argum. l. 1 §. 4. & 6. ff. de injur. l. fin. & auth. item qui domum. C. de sepulch. violat. Ang. in d. §. 6. Boër. decis. 278. n. 3. b) arg. l. lex Cornelia. 5. §. si quis libellum. l. apud Labeonem. 15. §. ait Prætor. 2. & §. convicium. 4. ff de injur. Roman. cons. 378. Gail. 2. obs. 104. n. 1.

XX.

Si vasallus dominum ipse vel per alium accusaverit (a), nec distinguimus utrum crimen intentatum magnum vel leve fuerit (b).

a) c. 1. §. similiter vasallus. De consuetud. rect. feud. & ibi glos. & Dd. Sonsb. p. 12. n. 46. Zas. p. 10. n. 40. Hannet. lib. 3. c. 15. vers. si quoq; vasallus. Roscith. c. 10. concl. 30. Blanc. lib. 2. c. 1. n. 53. Intrigl. q. 98. n. 134. & seq. Nec obst. *quod delicta nocentium nota esse oporteat, eaq; puniri expediat Reipubl. l. 18. ff. de injur. l. 15. §. quod si quis. ff. ad Leg. Aquil.* Quia *quamvis hoc verum sit, inde tamen non statim efficitur, quemvis promiscuè â quovis accusari posse, cum possit honestius ab aliis institui accusatio, quæ fadè instituetur â tam necessariis conjunctisq; personis, vel etiam cum possit Magistratus ex officio & per viam inquisitionis adversus nocentes procedere.*

Rittersh. c. 5. n. 15. b) Quia d. vers. similiter in accusatione an contineat magnum vel parvum crimen non distinguit. E. nec nos distinguere debemus. Sonsb. d. p. 12. n. 47. Limitationes vide *apud Zas. p. 10. n. 47. & Sonsb. d p. 12. n. 48. Moz. d. loc. n 30.*

XXI.

Item si delator sui domini fuerit, modo exindè dispendium grave dominus sentiat.

c. 1. §. 2. vers. item si delator. Quæ fuit prim caus. benef amit. 2 F. 24. Sonsb. d. p. 12. n. 46. Moz. n. 29. Intrigl. q. 94. n. 86. Duar. c. 14. n. 13. & seq. VVesenb. d. c. 15. n 5.

XXII.

Si vasallus sententiam in gravi causâ contra dominum ferat, quæ sententia post appellationem interpositam ex iisdem actis infirmaretur, & esset conjectura doli, fraudis vel latæ culpæ, quià vasallus causæ cognitionem fortè præcipitavit, imperitus cum ipse esset, peritiores consulere noluit.

Quod quià non fecit fuit in dissolutâ negligentiâ, quæ est propè dolum. l. quod Nerva. ff. Depos. alioqui si consuluisset peritos, non esset quod ipsi imputaretur. arg. l. si ignorans. ff. Locat. Curt. p. 4 n. 73. Vult. d. c. 11. n. 27. Intrigl. q. 78. n. 140. Blanc. lib. 2. c. 1. n. 57. Rosenth. c. 10. concl. 39. Zas. p. 10. n. 53.

XXIII.

Si contra dominum in criminali aut civili causâ testimonium dicat (a), vel advocationem suscipiat (b).

a) d. c. 1. §. similiter. De consuetud. rect. feud. Vult. d. n. 27. Et id Dd verum esse aiunt. si vasallus sponte contra dominum testimonium dixerit, excusari verò eum, si à Judice coactus fuerit, atq; ità Borch. c. 8. n. 128. dicit se vidisse aliquoties in facti contingentiâ observari, non enim videtur dolo malo facere, qui jussu judicis aliquid facit, cui parere necesse habet. l. 167. §. 1. ff. de R. J. Sed verius est eum, qui à judice coactus testimonium dicit, non excusari, cum liberti ne vocati quidem in judicium venire cogantur, ut contra dominum testimonium dicant. l. lege Iulia. 4. ff. de Testib. ità nec vasallus, quià si contra jus fasq; se à judice cogi aut opprimi videat, poterit de jure suo, quod est in d. l. 4. de testib. & l. liberorum. 12. C. eod. excipere, exceptione elusâ appellare, vel etiam adire aliquem potestate præditum, qui vim ejusmodi pati eum prohibeat. l. non est verisimile. 23. ff. Quod met. caus. Neque contra facit *d. l. 167. §. 1. de R. I. Nam secundum*

gl. ff.

gloss. ibid. id obtinet, cum jussus judicis est justus, aut cum de justitiâ eius ambigitur, verum si constat jussum judicis esse iniustum, jam parendum judici non est, imò & resistere ei licet. l. prohibitum. 5. C. de jure fisc. sequitur Niel. disp. feud. 8. th. 5. lit. f. b) Zas. d. p. 10. n. 24. Sonsb. p. 12. n. 48. vers. fallit secundo. Rosenth. d. c. 10. concl. 35. Moz. d. c. ult. n. 33. Vult d. n. 27. vers. ità cum vasallus.

XXIV.

In causâ tamen feudali impunè contra dominum testimonium vasallus dicere potest.

c. 1. si de invest. int. dom. & vasal. lis oriatur. 1. F. 26. imò alii testes in investiturâ quàm pares non admittuntur, si haberi poss'nt. c. 1. vers. quod autem dictum. De consuetud. rect. feud. 2. F. 33. Hector Æmil. de testib. fol. 9. vers. & ex praedictâ doctrinâ. Zas. d. p. 10. n. 49. Sonsb. d. p. 12. n. 68. vers. praedicta.

XXV.

Si domini secreta seu credentiam, id est, consilium sibi creditum, ut teneret occultum, manifestaverit.

c. 1. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 17. Vult. d. c. 11. n. 21.

XXVI.

Qnod verum putamus, si animo damnificandi revelaverit.

d. c. 1. ibi, ad eorum damnum. Quib. mod. feud. amit. c. 1. ibi, pandam alii ad eius detrimentum. Qualit. jurar. debeat vasall. dom. fidel. 2. F. 5. Intrigl. q. 98. n. 147. Sonsb. d. p. 12. n. 62. Rosenth. c. 10. concl. 67. Borch. d. c. 8. n. 126. in fi. & seq. Vult. d. c. 11. n. 21. in fi.

XXVII.

Undè si vasallus secreta non malo animo & proposito, sed ex simplicitate manifestaret, vel quià ipsi incauto verba exciderant, vel quià dominum laudare perrexerat, pænâ carebit.

arg. l. qui injuriæ. in pr. 53. ff. de furt. Zas. d. p. 10. n. 34. Mozz. d. loc. n. 35 Curt. verò Juni. p. 4. n. 76. requirit amplius, ut damnum revera indè sit secutum, ità etiam volunt Sonsb. d. p. 10. n. 62. Rosenth. d. concl. 69. Zas. & Mozz. alleg. locis. Sed dn. Borch. d. n. 126. & Gigas de crim. læsæ majest. q. 21. n. 8. volunt non esse distinguendum, an dominus ex eâ revelatione damnum senserit nec ne, si modò eo animo non revelavit, ut domino noceret, quod approbat Rittershus. d. c. 4. n. 22.

XXIIX.

Si Domino innoxium transitum per viam publicam denegaverit.

Andr.

Andr. de Isern in c. 1. §. si quis de manso. & ibi Matth. de Afflict. n. 3. si de inveſt. feud contr. fuer. 1. F. 4. arg. l. per agrum. 12. C. de ſerv. & aqua. l. 13. §. ſi quis me prohibeat. ff. de injur.

XXIX.

Si cum inimicis domini amicitiam contraxerit domino pernitioſam.

c. 1. Quot teſtes ſunt neceſſ. ad prob. feud ingrat. 2. F. 57. Borch d. c. 8. n. 121. & ſeq. Rol. à Valle conſ. 1. n. 81. & ſeq. Vol. 3. Decia. conſ. 23. n. 14. Vol. 1. & conſ. 18. n. 321. Vol. 1. Zas. p. 10. n. 32. Sonsb. d. p. 12 n. 43. Roſenth. d. c. 30. concl. 23. gloſ. in c. 1. §. porro. & ibi Alvar. Quæ fuit pri. cau. benef. amit. Laud. in c. 1. §. item fidelis. Quib. mod. feud. amit.

XXX.

Si deſpexerit literas domini eas parvi faciendo vel aperiendo.

Matth. de Afflict. in c. 1. §. fin. n. 24. Quib. mod. feud. amit. Intrigl. q. 88. Mozz. d. loc. Rittersh. d. c. 5. q. 24.

XXXI.

Si domino inſultet, vel contra dominum rebellis arma ſumat.

c. 1. verſ. ſimiliter. Quib mod. feud amit. Curt. d. p. 4 n 31. Moz. d. c ult. n. 22. & ſeq. Iaſ. conſ. 68. lib. 3. Brun. conſ. 28. Dec conſ. 606. n 2. & 3.

XXXII.

Vel per cõſequẽtiam.

Hactenus de culpis directò in dominum commiſſis, ſequuntur eæ, quibus per conſequentiam ſivè mediatè dominus læditur, quandò perſonas poteſtati affectionivè ejus ſubjectas & neceſſitudine domino devinctas gravi & inhoneſtâ aliquâ injuriâ quis afficit.

XXXIII.

Quod fit, quandò vaſallus dominum cucurbitaverit, id eſt, cum uxore domini concubuerit (a), vel concumbere ſe exercuerit (b).

a) c. 1. in pr. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. c. 1. Quib. mod. feud amit. 1. F. 17. & utrobiq. Dd c. 1. §. fi. de feud. ſine culpa non amit. 1. F. 21. & ibid. Alvar. n. 7. c. 1. Quot teſt. ſunt neceſſ. ad prob. feud ingrat. 2. F. 97. c. 1. ibi eum fortè cucurbitando. De Vaſal. qui cont. conſtit. Lothar. 2. F 38. Curt. d. p. 4 n. 20. Blanc. lib. 2. c. 1. n. 50. Hannet. lib. 3. c. 9. VVeſenb. c. 15. n. 6. Zas. p. 10. n. 24. Intrigl. q. 80. n. 36. Vult d. c. 11. n. 31. b) d. c. 1. verſ. item ſi fidelis. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. & ibid. Laud. n. 7. Blanc. d. c. 1. n. 61. Moz. d. c. ult. n. 4. verſ. amplia.

& n. 53. in pr. etsi effectu sceleris potiri non potuit, ut loquitur Fctus in l. 1. ff. de Extraord. crim. ipse enim conatus interdum pro effectu habetur l. 5. C. de Episc. & Cleric. l. un. C. de rapt. Virg.

XXXIV.

Item si turpiter cum domini uxore luserit contrectando signum, pectus & alia, qua honestè contrectari non possunt.

d. c. 1. ver. item si fidelis. verb. luserit, & ibi gloss. & Matth. de Afflict. n. 12. Quib. mod. feud. amit. Zas. d. p. 10. n. 24. Sonsb. d. p. 12. n. 26. Intrigl. q. 80. n. 36. Curt p. 4. n. 26. Schrad. c. 2. n. 72. Vult. 1. F. 11. n. 31. Et hoc tantum pertinere putamus ad uxorem, arg. ejus quod dicit text. cum eâ sc. uxore, idem verò non repetit in sequentibus, quia de cæteris personis paulo post loquens tantum facit mentionem concubitus, non etiam cæterarum rerum, quæ quasi præparatoriæ & promulsis Veneris esse solent; tum etiam quia pœnalia non debemus ampliare, sed potius restringere. Diff. Vult. n. 31. vers. sed cum in textu.

XXXV.

Quod etiam obtinere in osculo impudico non verò caritativo, aut ex consuetudine loci docent

Rosenth. d. c. 10. concl. 54. Moz. d. c. ult. n 54. Vult. d. c. 11. n. 31. Sonsb. d. n. 26. Borch. c. 8. n. 98. Schrad. d. c. 2. n. 73. vers. 3. & n. 84. 85. & 88. Menoch. 2. arbitr. Iudic. quæst. cas. 267. n. 3. Niel. disp. 8. th. 5. lib. 6. Aliud enim de osculo Galli, Belgij & his viciniores Germaniæ quidam populi censent, aliud Itali, Hispani, & plerique Germanorum. Apud illos osculum non modo omni culpâ & crimine vacat, sed etiam est signum benevolentiæ, quod si quis prætermitteret, rusticus & agrestis ipsorum nomine haberetur. Apud hos verò osculum est criminosum & severe vindicatur quasi quædam arrha & præparatio rei venereæ. Meritò igitur luxuriosum & amatorium osculum distinguitur ab officioso & amico. Sic officiosum imò & pium sanctumq; est illud genus osculi, quod ambo Apostolorum principes Christianis præceperunt ad Rom. 16. v. 16. 1. ad Corinth. 16. v. 20. & 2. ad Corinth. 13. v. 12. 1. Epist. Petr. 5. v. 14.

XXXVI.

Item si literis amatorijs munusculisve ad expugnandam ejus pudicitiam usus fuerit.

Schenck. Baro & alij in c. 1. vers. item si fidelis. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5.

XXXVII.

Item si internuncius seu proxeneta fuerit inter uxorem Domini & adulterum.

Zas. d. p. 10. n. 27. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. praterea. n. 4. & 5. ff. ad Leg. Corn. de Sicar. & l. si sciente. 7. n. 3. ff. ad leg. Pomp. de parricid. Et meritò talis vasallus punitur, quia ipse in causa est, per l. 9. ff. ad Leg. Jul. de Adult. ubi qui causam præbuit colloquio, adulterio quoq; quod ex isto colloquio oritur, causam præbuisse videtur, quod enim est causa causæ est causa causati. Et sicut sublatis receptatoribus non essent fures & latrones. l. 1. ff. de receptatorib. ità nec adulteri tam crebri forent, aut certè nõ diu laterent, si non essent lenones & sequestri Veneris atq; emissarij, quos eleganter quidam accipitres mulierum appellarunt. Rittershus. d. c. 5. q. 97.

XXXIX.

Quid si Sponsæ Domini stuprum intulerit Vasallus, an & tunc feudo privabitur? Aff.

cum Alvar. in d. c. 1. vers. item si fidelis. n. 12 Præp. & Matth. de Afflict. ibid. & Schenck. n. 7. Quib. mod. feud. amit. Jacob. de S. Georg. in verb. dictiq; Vasalli. n 19. Curt. p. 4. n. 20. Zas. p. 10. n. 27. vers. supra dicta. Sonsb. p. 12. n. 18. Intrigl. q. 86. n. 47. Blanc. lib. 2. c. 1. n. 65. Et est ratio I. Quià nec matrimonium qualecunq; nec spem matrimonij violare oportet. II. Quià sponsus etiam stuprator sponsæ jure mariti accusare potest. l. 13. §. Divi ff. ad Leg. Jul. de Adult. l. 7. C. eod. III. per l. 12. §. 1. & 2. ff. de rit. nupt. & §. si uxor. vers. nam constat. Inst. de Nupt. ubi etiam à nuptijs sponsæ parentis, & sponsæ filij abstinere jubemur, quamvis nec illa propriè sit noverca, neq; hæc propriè sit nurus. I. Obst. Quod non potest dici adulterium, quià per fornicationem non violatur thorus connubialis, qui nondum est nudis sponsalibus tantum contractis. Resp. Bronckh. cent. 4. ass. 81. II. Obst. Quod in pœnis irrogandis verba legum propriè accipienda, nec interpretatione producenda sint l. interpretatione. ff. de pœn. c. odia. de R. J. in 6. Resp. Rittershus. lib. 2. partit. feudal. c. 5. n. 102.

XXXIX.

Quid si viduæ? Neg.

Per text. expressum feudalem in c. 1. in fi. de feud. sine culp. non amit. 1. F. 21. ibi, si concubuerit cum uxore domini sui domino vivente. E. à contrario sensu aliud est, si hoc fecerit domino mortuo, ne verba constitutionis sint otiosa, & ne videatur casus, de quo minus dubitari poterat, definitus, decisio autem casus, de quo dubitari poterat, omissa. Diff. com. Dd. Schrad. p. 9. c. 2. n. 5. & seqq. Rosenth. c. 10. concl. 55. Borch. c. 8. n. 96. Mozz. c. ult. n. 47. Curt. p. 4. n. 20. eo argumento, Vidua quamdiu talis manet, videtur in eodem matrimonio vivere, & quemadmodum viventis mariti honore erigebatur radijs

dijsq; coruscabat. l. ult. C. de incol. lib. 10. l. mulieres. 13. C. de Dignitat. lib. 12. Sic etiam vidua retinet ejusdem privilegia, & dignitatem jam defuncti. l. quoties. 13. C de pribil. Schol. lib. 12. & proindè eam lædens aut vitians Vasallus videtur ipsi domino quamvis defuncto inferre injuriam ejusq; manes violare, adeoq; crimen privatione feudi dignum committere. Sed hoc argumentum sufficiens non esse existimo, Quià si clarissimorum virorum uxores viduæ, si inferioribus nupserint, per nuptias desinant esse quod fuerunt, l. faminæ. ff. de Senator l filij. 22. §. vidua. ff. ad Municip. longè magis esse desinent per illicitos congressus.

XL.

Si tamen filium vidua ea haberet, qui patri in feudo succedens dominus hujus Vasalli effectus esset, tunc Vasallus cum eà congrediens feudum amitteret.

Non tàm quod viduam quondam domini, quàm quod matrem præsentis domini constuprasset, quæ enim reverentia debetur conjugi, etiam & matri deberi videtur. arg. Nov. 105. c. 2. vers. si verò non copulatus. Et si sororem domini vitians hac pœnâ dignus sit, multò magis matrem, quià multò major & arctior est inter matrem & filium quam inter fratrem & sororem conjunctio ac necessitudo.

XLI.

Sed quid si cum concubinâ domini rem habeat, feudo idcircò privabitur? Neg.

I. *Quià Iure civili novo Leon. Imp. Nov. 91. & jure Divino concubinatus est prohibitus. Hebr. 13. v. 4. ut concubinatus quædam species videatur esse stupri, Vbi autem stuprum, ibi nulla honestas, quocircà nihil contra honestatem domini Vasallus fecisse intelligitur, qui cum concubinâ domini se immiscuit.* II. *Quià sumus in materiâ pœnali, quæ non extendenda est. d. l. interpretatione. ff. de pœn. nullibi verò in jure feudali concubinæ fit mentio.* Obst. *Ex omnibus causis, ex quibus filius exheredari potest, feudum debet amitti. c. 1. §. 2. vers. prædictis modis. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. 2. F. 24. Sed certum est filium, si concubuerit concubinæ patris, per hoc posse exheredari. Nov. 115. c. 3.* E. *Et hoc casu vasallus feudo privari debet.* Resp. *Schon. lib. 1 disp. feud. 10. th. 66. lit. c.*

XLII.

Filiam quoq; domini, nurum item neptem ex filio si stupraverit Vasallus, feudo privatur.

d. e. 1. vers. item si fidelis. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. Zas. p. 10. n. 24. & seq. Sonsb. d p. 12. n. 26. Borch. d. c. 8. n. 95. Nec distinguimus utrum cum domino habitaverint nec ne. *d. vers. item si fidelis.*

XLIII.

Quid si sororem? Si sit innupta, Aff.

I. per d. vers. item si fidelis. ibi si in domo domini maneat, quod malè quidam de facto, id est ipsâ in domo domini habitatione accipiunt, rectius v. Vult. d. n. 31. vers. nec distinguitur. de jure vel familiâ exaudiendum putat. II. *per c. 1. §. 2. vers. rursus. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. 2. F. 24. ibi sorori adhuc in domo manenti. quæ in capillo dicitur.* In familiâ autem manere intelligitur, quamdiu adhuc est in capillo, id est innupta. III. *Quià soror nubendo alteri â domo fratris transit in familiam mariti sui, qui illam injuriam vindicare poterit. §. patitur autem. Inst. de injur.* Nec obst. *Quod is, qui fratrem domini interficit, non ideò feudum amittat. c. 1. An ille qui interfec. frat. dom. 2. F. 37.* Quià viro bono longè gravior debet esse metus stupri quàm mortis, *ut ait Paulus in l. 8 §. 2. ff. Quod met. caus.* Ità nec obest, *quod etiam filia nubendo in aliam familiam transeat, nihilominus tamen Vasallus cum hac rem habens feudo privetur.* Nam *cum major sit affectio in descendentes quàm collaterales, major etiam videtur illata injuria descendenti quam collaterali.*

XLIV.

Et hæc adeò vera esse putamus, etiamsi hæc fœminis illis volentibus committantur.

arg. l. 1. §. usq. ff. de injur. Zas. d. p. 10. n. 27. Curt. p. 4. n. 20. Moz. d. c. ult. n. 43. Vult. d. n. 31. vers. cæterum non distinguimus.

XLV.

Excusatur tamen Vasallus si per errorem facti ejusmodi quid commiserit (a), vel voluntate domini fecerit (b).

a) putà si vasallus ignoranter domini sui uxorem adulteraret, vel ejus filiam, neptem, nurum, vel sororem stupraret, reperiendo fortè eas in lecto suo putans esse uxorem. c. in lectum. 34. q. 2. vel si personatam aut meretriciâ veste indutam putans d'obolare prostibulum impudicamq; esse, comprimeret, sicut patriarcham Judam fecisse legimus Thamar. c. 38. Genes. vers. 15. & seq. arg. l. item apud Labeonem. 15. §. si quis virgines. 15. ff. de injur.
b) Curt. d. p. 4. n. 29. Zas. d. p. 10. n. 101. Rosenth. c. 10. concl. 85. Vult. d. n. 31. vers. pen. sunt enim multi fuci & ignavi mariti, qui ubiq; uxores catillatum mittunt, & non rarò talis mali causa existunt, juxta versus.

Vxo-

Uxorem nescit qui mœcham, in vertice cornu
Vnum habet; ille, potest qui simulare, duo.
Qui videt & patitur, tria gestat: quatuor ille,
Qui ducit nitidos ad sua tecta procos.
Qui non illorum se credit in ordine poni,
Credit & uxori, cornua quinq; gerit.

XLVI.

Culpa adversus Extraneum committitur, veluti si Vasallus fratri suo, aut filio ejus parricidium inferat. *Vel in Extraneum.*

d.c 1. vers. deniq. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. 2. F. 24. & d. c. 1. An ille qui interfec. frat. dom. 2 F. 37. Intrigl. q. 91. n. 78. Sonsb. d. p. 12. n. 52. Schrad. p. 9. c. 3. n. 25. Rosenth. d. c. 10. n. 65. Vult. d. c. 11. n. 34. Et quamvis Interpp. existiment referre, quo animo occiderit, ut nimirum ipse solus habeat feudum & hereditatem. *d. c. 1. An ille qui interfec. frat. dom.* Alter tamen text. in d. *vers. deniq.* indistinctè fratricidium vindicat amissione feudi, etiamsi non hoc animo aut eo fine id perpetratum fuerit, quomodo enim fratrem suum quis occiderit, etiamsi non spe successionis, tamen semper verum est fratricidium esse. *l. 1. in verb. fratrem. ff. ad Leg. Pom. de Parric.* Dicendum igitur tur exempli potius causa hoc ibi adjici de spe potiundæ hereditatis, quod nimirum ità fortè contigerit non quod semper sit necessarium, exempla enim declarant potiùs quàm restringunt regulam. *Rittershus. d. c. 5. q. 111. Schon. disp. 10. th. 70. lit. e. Niel. disp. 8. th. 5. lit. k.*

XLVII.

Item si proditor fuerit, domini sui sive alterius nihil interest.

gloss. & com. Dd. in d. c. 1. vers. item si fratrem. Quib. mod. feud. amit. & d. c. 1. an ille qui interf. frat. dom. Borch. d. c. 8. n. 125. Intrigl q. feud. 94. n. 86. & seq. Sonsb. d. p. 12. n. 49. Curt. d. p. 4. n. 43. Gig. de crim. læs. majest. rubr. de Proditoribus. q. 5. Et quamvis *in d. c. 1. An ille qui interfec. fratr. dom.* verbum Hominem *Rittershus. d. c. 5. q. 119.* interpretur Convasallum, & ideò feudum Vasallum amittere dicat, quià Convasalli sunt confratres inter se. Rectius tamen *Schrad. p. 9. c. 3. n. 64. & Rosenth. c. 9. concl. 62.* Hominem ibi non de Convasallo tantum, sed in genere de quolibet homine accipiunt. Nam proditor etiam cuiusvis Diis & hominibus exosus est. *Hippolyt. de Marsil sing. 16* undè etiam proditorum insignia delentur. *Bart. in l. eorum. ff. de pæn. Tiraq. de nobilit c 20. n. 120. Borch. d. n. 125.*

XLIIX.

Item si crimen læsæ majestatis commiserit vel in Deum vel in hominem.

Matt. de Afflict. in d. c. 1. §. fi. n. 68. Quib. mod. feud. amit. Moz. d. c. ult. n. 72. Vult. d. c. 11. n. 36. vers. sed nec.

XLIX.

Si fiat hæreticus vel Apostata.

Schrad. p. 6. c. 5. n. 16. Moz. d. n. 72. Sonsbec. d. p. 12. n. 141.

L.

Et tandem propter quamvis causam aliam, ob quam honestè & sine dedecore in curiâ domini stare nequit.

d. c. 1. An ille qui interfec. fratr. dom. Vult. d. c. 11. n. 36. Rosenth. c. 10. concl. 67. Niel. disp. 8. th. 5. lit. k. Zas. p. 10. n. 29. Sonsb. d. p. 12. n. 57. & 59.

LI.

Vel in rebus. In rebus læditur dominus, si sciens castrum aliumvè domini locum invaserit Vasallus terrâ vel mari, putà navibus seu classe nihil interest.

d. c. 1. §. similiter. Quib. mod. feud. amit. & d. c. 1. §. porrò. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. Curt. d. p. 4. n. 32. Roland. à Valle cons. 1. num. 7. Quià non potest hujusmodi oppugnatio fieri sine gravi injuriâ domini, vasallus enim nihilominus facit contra Iuramentum fidelitatis, dum arcem oppugnat sciens esse domini arcem, licet dominum in eâ esse non putaverit.

LII.

Idem est si vasallus munitiones domini hostibus tradat, aut ad occupandas illas ope & consilio adsit.

Rosenth. d. c. 10. concl. 52.

LIII.

Item si feudum insigniter deterius reddiderit.

c. 1. §. 5. vers. quicunq; advocatiam. De pac. ten. & ejus violat. 2. F. 27. non verò ob quamlibet deteriorationem statim vasallus expelli debet, sed ità demum si deterioratio facta sit dolo malo, si insignis & grandis ac notabilis quantitatis sit, si pertineat ad perpetuam feudi jacturam. Rittershus. d. c. 5. q. 69. Curt. Jun. d. p. 4. n. 44. Zas. p. 10. n. 54. Hartm. Hart. tit. de feud. obs. 36. n. 1. & seqq.

LIV.

Si feudum aut partem feudi, ejusvè conditionem ex certâ scientiâ, sivè in Iudicio sivè extra Iudicium inficiatus fuerit.

d. c. 1. §. Vasallus si feudum. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. c. 1 §. si fuerit. De Lege Corrad. 2. F. 34. Zas. d. p. 10. n. 51. Duar. c. 14. n. 23. VVes. c. 15. n. 6. Clar. in §. feudum. q. 95. n. 2. Borch. d. c. 8. n. 115. Si tamen partem duntaxat inficia-

inficiatus fuerit, parte tantum non verò toto feudo privabitur, quià non debet ulterius progredi metus quam reperiatur delictum. l. Sancimus. 22. ff. de pæn. l. 43. §. Julius. de Vulg. & pup. substit. Nam & is, qui partem feudi alienavit, non toto feudo privatur, sed eâ tantum parte, ut est text. expressus in c. 1. De Vasal. qui cont. constit. Lothar. 2. F. 38. Et si conditionem tantum aliquam abnegaverit, conditione illâ tantum expoliabitur, secundum veriorem Cujacij lectionem in d. §. si Vasallus.

LV.

Aut deniq; si sciens absquè domini consensu feudum alienaverit, *c. 1. vers. callidis. De prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. c. 1. de prohib. feud. alie. per Lothar. 2. F. 52. Blanc. lib. 2. F. c. 1. n. 69. Curt. d. p. 4. n. 81. Rosenth. c. 9. concl. 2. Vult. d. c. 11. n. 4.* Limitationes vide *apud Borch. d. c. 8. n. 74. usq; ad n. 86.*

LVI.

Quid igitur si Vasallus â domino suo duo castra sub uno feudo habeat, & unum ex eis alienet, an toto feudo privari debeat? Neg. *Cum Tiraquel. de retract. lign. §. 23. pag. 275. n. 28. Curt. p. 4. n. 153. l. per c. 1. de Vasal. qui contr. constit. Lothar. 2. F. 38.* II. *Quià pœna non debet delictum excedere. d. l. sancimus. C. de pæn. Si enim totum feudum alienasset, non puniretur nisi in toto. E. Si alienavit partem, in parte debet puniri, cum idem juris sit de toto quoad totum, quod in parte quoad partē. l. si duo. in fi. ff. de adminis. tut. l. quæ de tota. ff. de rei vind.* Nec obst. *c. 1. ibi, hac edictali Deo propitio &c. de prohib. feud. alie. per Frider.* Vid. *Fach. 7. contr. 99.*

LVII.

Ulterius quæritur, si alienatum feudum Vasallus in continenti recuperet, an nihilominus eo privandus sit? Aff.

I. *per c. 1. Quid Iur. si post alienat. 2. F. 44. ubi primum Iuris veteris fit mentio, deindè subjungit hodiè inquiens, si feudum alienaverit, siquidem illicitè, licet postea recuperaverit, tamen penes eum non manebit utpote domino, ad quemcunq; pervenerit, apertum. Neq; distinguitur ibi inter recuperationem in continenti vel ex intervallo factam, qua tamen in re si diversum jus erat, æquum fuisset distinguere.* II. *Quià jus semel nobis quæsitum absq; facto vel culpâ nostrâ nobis auferri nequit. l. fi. C. si cont. jus vel utilit. public. l. 11. & ibi Dec. de R. I. sivè spe nobis competat. l. 2. ff. de natalib. restit. etiamsi illud jus nobis quæsitum fuerit ex facto illius, qui nobis hoc jus auferre vult. l. fin. & ibi Jas. ff. de pact.* III. *Quià hic committitur*

situr pœna propter malefactum, id est, propter illicitam alienationem: in omnibus autem casibus, in quibus pœna propter malefactum committitur, mora purgari nequit. Diff. *Andr. de Isern. in d. c. 1. Quid luris si post alien. & ibid. Alvar. n. 3 ferè in fi. & Matth. de Afflict. n. 4. Curt p. 4. n. 104. Zas. d. p. 10. n. 4. Obrecht. de Feud. c. 4. n. 39.* Et hanc opinionem æquitate niti testatur *Andr. de Isern. & speciosis rationibus suffultam esse fatetur. Gothofr. diff. feud. 11. th. 6. lit. a. in gloss.* Ad contraria tamen R. *Fach. 7. contr. 84. & Iob. Rudinger. lib. 1. Var. lect. Iur. feud. c. 77. n. 17. & seqq.*

LIIX.

Hic & casum miserabilem sub indaginem vocare libet, num vasallus famis, nuditatis, aut æris alieni compulsus necessitate feudum alienans eo privetur? Aff.

I. per c. 1. in pr. vers. necessitate. Qualit. olim feud. pot. alien. 2. F. 9. ubi expressis verbis inter hodiernas & vetustiores consuetudines his verbis Obertus distinguit, necessitate, inquiens, namq; suadente poterat olim vasallus domino inscio vel invito feudi partem vendere retentâ videlicet aliâ parte. E. hodiè non amplius. II. Quia vasallus ex concessione domini ad vitam duntaxat jus in feudo consecutus esse videtur eâ lege, ut post mortem jure ejus soluto feudum ad cognatum revertatur. Non igitur alienatio ab ipso susceptа, quantumvis necessitate exigente ad eam processerit, ultra vitam vires suas extendere, neq; quod consequens est, necessitatis ratione agnatis præjudicare poterit. Obst. I. *Regula generalis, quæ vult; quod necessitas faciat actum licitum, qui alias non liceret. l. qui potuerint. ff. de manumiss. testam. quia necessitas non est legibus subjecta.* II. Obst. *Quod ex causâ necessitatis tutor possit inventario non confecto administrare bona pupilli, quod aliàs cessante necessitate facere non possit.* III. Obst. *Quod Panormit. in c. fi. in 2. col. vers. omnia prædicta. Extr. de Eccles. ædific. statuit, Quod si immineret necessitas alienandi bona Ecclesiæ cathedralis, & exigeret tantam celeritatem, quæ superiorem consuli non pateretur, quod Episcopus posset alienare non obstante juramento de non alienando Romano Pontifice inconsulto.* Resp. ad hæc omnia *Bald. in d. c. 1. Qualit. olim feud. pot. alien. & Curt. Iun. d. p. 4 n. 107.* IV. Obst. *Quod propter necessitatem famis licitum sit patri vendere filiũ. l. 1. C. de patrib. qui fil. distrax.* E. *multò magis licebit vasallo vendere feudum.* R. *Rosenth. c. 9. concl. 3. n. 8. & seq.*

LIX.

Sed si Vasallus in alienatione feudi adjiciat illam conditionem,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0182
DFG

nem, salvo domini beneplacito non aliter nec alio modo, an nihilominus feudo privetur? Neg.

I. *Quia hujusmodi conditiones resolutivæ vasallo alienanti prodesse debent, eò quod conditione non securâ perindè habeatur ac si contractus factus non fuisset, nec hoc modo contemptus domini non tantum cessat, sed etiam eo ipso quod illa conditio apponitur, vasallus domino suo honorem exhibet.* II. *Quia antequam dominus consentiat, non potest dici alienatio: est enim hæc venditio conditionalis, cujusmodi contractus tunc demũ perficiuntur, quandò impleta est conditio est, quâ non existente deficiunt. arg. l. 7. ff. de contrab. empt. l. ult. C. eod. quia natura & vis conditionis est ut suspendat rem vel actum cui adjicitur. Menoch. cons. 38. n. 12 & seq. Par. de Put. de redintegr. feud. c. 278. n. 5. & seq. Rol. à Vas. cons. 51. n. 29. Vol. 2. Rosenth. c. 9. concl. 98. & 100. Borch. d. c. 8. n. 82. Diss. Jas. ad l. non solum. 8. §. morte ejus. n. 27. de oper. nov. nunc. Alciat. resp. 7. n. 53. Dec. cons. 160. n. 4. Vers. sed ista limitatio.*

LX.

Et ità contra prædictas Impp. constitutiones alienans feudo privatur. Notarius verò, qui super ejusmodi contractu instrumẽtum conscripserit sciens, præter amissionem officij & infamiæ periculum, manus amputatione mulctabitur.

d. c. 1. de prohib. feud. alie. per Lothar. d. c. 1. §. callidis. de prohib. feud. alie. per Frider. Curt. Jun. p. 4. n. 81. Borch. d. c. 8. n. 28. Zas. p. 9. n. 26.

LXI.

Emptor etiam malæ fidei pretio numeratio carebit (a), cui de Evictione actio, nisi speciali pacto sibi prospexerit (b), non datur (c).

a) d. c. 1. vers. si quis verò. de prohib. feud. alie. per Lothar. b) arg. c. 1. de invest. de re alie. fact. 2. F. 8. l. si fundum. C. de Evict. Burs. at. cons. 160. n. 62. Tiraq. de retract. lignag. § 12. gloss. 1. n. 7. & 8. c) d. c. 1. de invest. de re alie. fact. ubi Feudistæ communiter. Hart. Pist. q. 10. n. 3. & 10.

LXII.

At Emptor bonæ fidei feudo evicto pretio quantiq; sua interest (a) á vasallo repetere potest, etsi de eo nihil expressè sit dictum (b).

a) d. c. 1. de invest. de re alie. fact. c. 1. vers. si vasallum feudum. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. Sonsb. p. 12. n. 110. Zas. p. 9. n. 38. b) l. non dubitatur. 6. C. de Evict. l. si duo. 13. §. si quis. 3. ff. de Jurejur. Hart. Pist. d. q. 10. n. 2. Vult. c. 10. n. 95.

LXIII.

Consensu tamen legis alienationem fieri posse manifestum est; quatenus ex Iuris feudalis dispositione potestas subinfeudandi conceditur.

c. 1. in pr. vers. Si vero. Qualit. olim feud. poter. alie. 2. F. 9. c. 1. §. similiter. De Lege Corrad. 2. F. 34. c. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. c. 1. §. beneficium. Si de feud. defunct. Curt. p. 4. n. 83.

LXIV.

Et non solum partis, sed etiam totius feudi subinfeudatio tenet (a), dummodò syncere, personæ non deterioris, sed æqualis aut melioris conditionis, adjectis ijsdem pactis & conditionibus, quibus subinfeudans illud accepit, fiat (b).

a) d. c. 1 vers. si in totum. & ibi Schenck. Qualit. olim feud. pot. alie. b) d. c. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. 2. F. 3. & d. vers. si verò tutum. Borch. d. c. 8. n. 50. Duar. c. 12. n. 13. Hart. Pist. q. 44. n. 1. & 2. Intrigl. q. 13. n. 212.

LXV.

Omissionis culpæ.

Omissionis culpæ sunt. Si vasallus dominum sciens periculo aut damno obnoxium non admonuerit.

d. c. 1. §. 2. vers. præterea. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. d. c. 1. de nova form. fidelit. & c. 1. §. ad hoc. Hic finitur lex. 2. F. 28. Borch. d. c. 8. n. 106. Sonsb. d. p. 12. n. 10. Vult. d. c. 11. n. 47. Curt. p. 4. n. 59. Zas. d. p. 10. n. 1. Moz. d. c. ult. n. 103. Clar. in §. feudum. q. 57. n. 1. Quamvis alias regulariter quidem, qui crimen aliquod scit, non teneatur illud detegere. gl. in l. culpâ caret. & ibi Dec. n. 4. & Cagnol. n. 10. Bart. in l. 1. § sed in eo. ff. ad Syllan. & in l. metum. §. sed licet. ff. Quod met. caus. Borch. d. c. 8. n. 107.

LXVI.

Si servitium ratione feudi debitum domino flagitanti denegaverit.

d. c. 1. §. non est alia. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. Borch. d. c. 8. n. 11. Moz. d. c. ult. n. 111. Iacob. sup. verb. & promiserunt. n. 28. Curt. d. p. 4. n. 61. VVes. c. 15. n. 7.

LXVII.

Si Dominum carceri inclusum non liberaverit, cum id sciret & posset.

d. c. 1. §. item si delator. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. Curt. d. p. 4. n. 75. Jacobin. sup. verb. dictiq; vasalli. n. 37. Clar. in d. §. feudum. q. 24. n. 1. Moz. d. c. ult. n. 110. Hann. lib. 3. c. 11. vers. proindè si vasallus.

Quod

Quod tamen rectè accipitur de Domino sine culpâ suâ incarcerato ex causâ injustâ.

Borch. d.c. 8. n. 114. Vult. d. c, 11. n. 48. Rol. à Val. conf. 1. n. 79. vol. 3.

LXIX.

Si dominum in prælio seu acie non lethaliter vulneratum deseruerit.

d.c.1.§.item qui dominum. Quæ fuit pri.cauſ.benefic.amit.c.1. Quot.teſt.ſunt neceſſ.2.F.57.Vult.d.c.11.n.19.

LXX.

Et hoc adeò verum putamus, ut, etiamsi posteà statim revertatur, nihilominus feudo privetur.

Quià quando actio à principio est panalis, prout hæc est, cum tractatur de amissione feudi, tunc non est locus pœnitentiæ, cum lex videatur considerare momentum & punctum. Moz.d.c.ult.n.87.Curt.d.p.4.n.14.

LXXI.

Sed quid si nihilominus dominus victor extiterit, & vasalli desertione nihil nocitum sit domino? Dicimus quod vasallo nihil hoc ad feudi retentionem profit.

I. *per c.1.Quib,mod.feud.amit.1.F.17. ubi textus nihil ultra fugam exigit.* II. *Quià est res mali exempli. l.capitalium.§ famoſos. & l.ſi quis.§.qui abortionis.ff.de pœn.* III. *Quià nihil turpius esset, vel quid vinci aut vicisse referret, si primo concursu signa deserere, ordines turbare, principem, in quo omnia sita, turpiter prodere illi fas esset?* Nec obst. *Quod id, quod sine effectu delicti est, non noceat, l.mancipia.C.de serv.fugit. Atqui si dominus victor exstiterit, desertio est sine effectu.* Quià *hic in delicto animum potius quàm exitum spectamus.* II. Non obst. *d. c. 1. §.item qui dominum. Quæ fuit pri. cauſ. benefic. amit.* Ex quo Præpos. *à contrario sensu colligit, vasallum feudi privationem effugere, si dominum in acie reliquerit non periclitantem, cum duo hic videantur requiri copulativè, & quod in acie reliquerit, & quod reliquerit periclitantem.* Respondet *enim illi Schenck. Baro in d. §. item dominum n.2. Quæ fuit pri.cauſ.benef.amit.* Imò hoc casu non tantum vasallus ità ex acie fugiens feudo privandus est, sed etiam capitali supplicio, si prior fugam fecit, affici potest. *l.omne delictum.6.§ qui in acie.3.ff.de re milit.*

LXXII.

Excusatur tamen si fugiat jam inhabilis factus ad pugnan-

dum, putà quià haberet brachia abscissa & non posset dominum juvare clamoribus.

l. cum dominus 9. ff. de Senatusconsf. Silan. Sonsb. d.p. 12. n. 12. Jacobin. sup. verb. & promiserunt. n. 18. vers. quartus est casus. & vers. seq. Clar. in d. §. feudum. q. 21. n. 2.

LXXIII.

Vel si ipsemet periclitaretur de vitâ

Hoc enim casu non tenetur præferre salutem domini suæ saluti. gl. in d. c. 1. Quib. mod. feud. amit. Curt. d. p. 4. n. 8. Sonsb. d. n. 12. Duar. c. 14. n. 9. Clar. d. q. 21. vers. 3. Moz. d. c. ult. n. 93.

LXXIV.

Vel si resciscat in acie prius dominum injustam causam fovere,

c. 1. Hic finit. lex. 2. F. 28. sufficit enim si in paucis domini rebus præfuit. l. tutori. C. de negot. gest. Secus tamen esset, si ante vasallus sciviſſet, nec sine eo dominus prælium acceptasset, nam tunc dominum relinquere non debet, potuisset enim dominus sibi de alio prospexisse, nisi hic operam addixisset. Bald. in d. c. 1. Quib. mod. feud. amit. Sonsb. d. n. 12. vers. fallit primo.

LXXV.

Porrò si extra bellum deseruerit dominum, feudo privatur vasallus, si à morte, cum posset, etiam clamore, vel ab hostibus vel latrunculis absq; suâ culpâ captum non liberaverit.

c. 1. in fi. De alien. pater. feud. 2. F. 39. d. c. 1. §. licet. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. facit forma fidelitatis in c. 1. de nova for. fidelit. 2. F. 7. Sonsb. sæpiùs d. n. 12. & Moz. d. c. ult. n. 85. Joh. Raynut. in c. 1. §. firmiter. De prohib. feud. alie. per Frider. Præpos. in prælud. feud. n. 79. Boër. decis. 138. n. 8. Specul. in tit. de feud. n. 67.

LXXVI.

Si intra annum & diem à tempore scientiæ Domini vel vasalli mutati investituræ petitionem distulerit.

d. c. 1. in pr. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. c. 1. in pr. De Capit. Conrad. 2. F. 40. c. 1. Quo temp. mil. invest. pet. deb. 1. F. 22. Blanc. lib. 2. c. 1. n. 47. Curt. d. p. 4. n. 45.

LXXVII.

Si justiciam facere recusaverit, alitervè contumax fuerit.

d. c. 1. vers. honestum. de form. fidelit. d. c. 1. §. 2. vers. illud. ubi Dd. Quæ fuit prì. caus. benef. amit. Curt. d. p. 4. n. 60. Schrad. p. 9. c. 7. n. 1. & seqq. Sonsb. d. p. 12. n. 10. VVesenb. c. 15. n. 7. Moz. d. c. ult. n. 105.

Si fili-

Si filium vel domesticum pro delicto in dominum commisso ad satisfaciendum non deduxerit requisitus, vel â se separaverit.

c. 1. §. insuper. De prohib. feud. alie. per Frider. Sonsb. d. p. 12. n. 60. Zas. p. 10. n. 57. Iacob. sup. verb. diffidatio vasalli. n. 7. Moz. d. c. ult. n. 117. Curt d. p. 4. n. 60.

LXXIX.

Et tandem si pacta investituræ adjecta non servaverit,

d. c. 1. §. 2. vers. non est alia. ubi Alvar. n. 1. & Matth. de Afflict. n. 78. Quæ fuit prima caus. benef. amit. Curt. d. p. 4. n. 9. in fi. & n. 80. vers. secundo.

LXXX.

Et tantum de culpis, ob quas vasallus feudo privatur (a). Ex ijsdem ferè dominus quoq; proprietate privatur (b).

a) Cum v. non possint omnes causæ, quæ variis temporum eventis occurrunt, enumerari, solertiæ & discretioni Judicis committur, ut subtiliter cuncta expendens, & â similibus ad similia procedens â fortioribus argumenta sumat, ad absolvendũ tamen (ut suprà diximus) in re ambiguâ promptior sit. text. in c. 1. §. adhoc. Hic finit. lex. 2. F. 28. Zas. p. 10. n. 65. b) expressus text: in c. 1. Qualit. dom. propriet. priv. 2. F. 47. c. 1. §. domino. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. Borch. d. c. 8. n. 133. & seq. Rosenth. c. 11. concl. 18. & seq. Zas. p. 10. n. 86.

LXXXI.

Restat jam ut breviter dispiciamus, ad quem feudum ita finitum vel amissum pertineat: Finitum ob vasalli mortem, novum ad ejus descendentes & illis deficientibus ad dominum exclusis agnatis, Antiquum ad descendentes, ijsq; non existentibus ad agnatos proximiores devolvitur, & tandem his non existentibus, ad dominum redit. *De Debolutione feudi.*

VVesenb. de feud. c. 16. n. 4. Hannet. lib. 3. feud. c. 15. in pr.

LXXXII.

Feudum novum delicto amissum indistinctè, sivè illum delictum in personam domini ejusq; contemptum perpetratum sit, sivè in alienum, ad dominum redit.

c. 1. §. fin. Quæ fuit prima caus. benef. amit. 2. F. 24. c. 1. Quid jur. si post alien. feud. vasal. id recup. 2. F. 44. c. 1. de vasal. qui cont. constit. Lothar. 2. F. 38. Zas. p. 10. n. 100. & seqq. Decian. cons. 23. n. 33. Vult. c. 11. n. 70. Schneid. p. 8. c. 2. n. 4. Ioh. Thom. de Marin. De generib. & qualitat. feud. tit. 3. n. 25. ubi hanc conclusionẽ tanquam verissimam ab omnibus receptam esse testatur. Intrigl. q. 23. n. 32. Moz. de feud. tit. fin. n. 123. Hart. Pistor. lib. 2. quæst. p. 1. q. 4. n. 59. ubi dicit hoc indubitati & expressi juris esse.

Quod

Quod tamen non procedit, si feudum principaliter, vel non minus contemplatione filiorum, quam patris ab initio à domino concessum fuerit, vel ità, ut constet, mentem & voluntatem concedentis fuisse, quod ob patris delictum filij non debeant privari.

Camerar. in repetit. c. Imperialem, §. præterea ducatus. De prohib. feud. alie. per Frider. Laudens. in d. c. 1. §. prædictis. n. 17. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. Zas. d. p. 10. n. 100. & seqq. Sonsb. p. 13. n. 6. Vers. fallit tertiò.

LXXXIV.

Antiquum quoq; feudum ad dominum redit, si in ipsum directò vel per consequentiam culpa commissa sit.

c. 1. §. deniq. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. 2. F. 24. c. 1. An ille qui interfec. fratr. domin. 2. F. 37. Andr. de Isern in c. 1. verb. turpiter luserit. n. 11. quib. mod. feud. amit. & in c. 1. vers. heredes. de pac. tenend.

LXXXV.

Sed utrum hoc feudum ità domino apertum perpetuò apud eum maneat, an verò duntaxat ad vitam delinquentis, crudeliter inter sese digladiantur Interpp.? Eorum putamus æquiorem & humaniorem sententiam, qui posterius defendunt.

I. *Quià hoc modo & domino prospicitur, tam feudo fruitur, & agnatis ius quæsitum non intervertitur: cum n. agnati in feudis ex pacto primi acquirentis jus quæsitum habeant, usq; eò, ut illa non à proximè defuncto, sed à primo acquirente jure proprio capere censeantur, atq; hinc descendat, ut vasallus nullo suo facto agnatis jus ipsorum auferre possit, rationi sanè consentaneum non est eos hoc jure ipsorum proprio ob delictum alienum exui, sed potius tam æquitatis quàm Iuris ratio exigit, ut, quemadmodum vasallus contrahendo agnatis præjudicare non potest, ità nec etiam delinquendo.*

II. *Hanc sententiam confirmat, quod textus in d. c. 1. §. fi. Quæ fuit pri. caus. benef. amitt. utatur dictione* SALTEM, *ut hanc saltem, inquiens, habeat suæ injuriæ ultionem. Nam cum hujus dictionis proprietas sit, ut imminuat ea, quæ dicuntur. l. 1. C de Emendat. propinq. Bart. in l. 1. col. 2. vers. sed quid. si dixit. n. 5. de jur. codicil. utiq; satis designat non usq; eò magnam esse ultionem, sed aliquam saltem, etiam minimam satisfactionem.* I. Obst. *textus generalis in d. c. 1. §. deniq. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. 2. F. 24. & text. in d. c. 1. in pr. An ille qui interfec. frat. dom. 2. F. 37. quibus in locis indistinctè dicitur, feudum domino aperiri, cum ad ipsum respicit felonia. Notum v. est generaliter & sine distinctione prolata generaliter & sine distinctione accipi*

debere.

debere. l. de pretio. 8. ff. de publicia. in rem act. l. ult. C. de dot. promiss. Rt. Hartm. Pist. d. q. 15. n. 47. II. Obst. Quod haec conditio ab initio feudo annexa sit, ut vasallo in dominum delinquente istud omninò ad ipsum redeat. Resp. Johan Ruding lib. 2. controv. jur. feud. c. 50. n. 12. III. Obst. c. 1. §. domino committente. Si de feud. defunct. cont. 2. F. 26. ubi dicitur domino committente feloniam, per quam vasallus amitteret feudum, proprietatem feudi ad vasallum pertinere, sivè peccaverit in vasallum sivè in alium. E. dicendum est, feudum domino apertum propter culpam vasalli apud eum perpetuò remanere, nam in poenis inferendis dominus & vasallus ad paria judicantur. Hartm. Hartm. tit. 54. obs. 26. n. 1. & seq. Coler. in proces. execut. p. 1. c. 9. n. 81. Rt. Ruding. d. c. 50. n. 13.

LXXXVI.

Si v. in alium quàm dominum delictum commissum sit, feudum non domino, sed agnatis defertur.

d. c. 1. §. fin. Quae fuit pri. caus. benef. amit. 2. F. 24.

LXXXVII.

Nec tenentur vasalli exspectare mortem delinquentis; sed feudum statim ad ipsos devolvitur.

d. c. 1 §. fin. Quae fuit pri. caus. benef. amit. Andr. de Isern. in c. 1. §. hoc quoq. vers. & olim. De Succes. feud. Camerar. in c. 1. q. 17. n. 120. An agnat. vel fil. Vult. d. c. 11. n. 71. vers. nec opus est.

LXXXVIII.

Ob omissum v. domini consensum alienatum F. ad quem pertineat hic quaeritur? Et tàm antiquum quàm novum non filijs vel agnatis, sed domino aperiri statuimus.

c. 1 de vasal. qui cont. constit. Lothar. 2. F. 38. c. 1. vers. aut si libellario. Quib. mod. feud. amit. 1. F. 5. c. 1. Quid. Iuris si post alienat. feud vasal. id recuper. 2. F. 44. c. 1. §. callidis. De prohib. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55. c. 1. De controvers. int. domin. & Empt. feud. 2. F. 42. Cum itaq; haec jura tam clarè atq; manifestè velint feudum illicitè alienatum ad dominum redire, non video quâ fronte quis asseverare aud. at id potius ad agnatos pertinere. I. Obst. c. 1. §. 1. vers. porro. Qualit. elim poter feud. alie. 2. F. 9. ubi habetur, quod etsi feudo sine consensu domini alienato, tàm domino quàm agnato competat jus redimendi, agnatus tamen domino praeferendus sit, tantum igitur abest, ut agnati excludantur propter alienationem sine consensu domini susceptam, ut etiàm causa eorum hoc casu potior quàm domini sit. Resp. Hartm. Pistor. lib. 2. p. 1. q. 17. n. 2. II. Obst. text. in c. 1. §. Tit. Si de feud. defunct. cont. sit. 2. F. 26. quem contrarium sentientes intelligunt de tali casu loqui, quando domini consensus non intervenerat, Rt. Hartm. Pistor. d. n. 2. & Johan. Ruding. lib. 2. controv. Iur. feud. c. 42. n. 17. III. Obst. generales illae Regulae, quibus traditur,

ditur, Delictum patris filio nocere non debere. l. crimen. 26. ff. de pæn. & nullum patris delictum innocenti filio pœnæ esse. l. qui ad tempus. 2. §. nullum. 7. ff. de Decurion. Et pœnam suos tenere auctores, non autem alterum alterius odio prægravandum, neq; propterea filios jure ab antecessoribus quæsito ob delictum patris privandos esse. l. sancimus. 22. C. de pæn. cum similibus. Rq. Hartm. Pistor. d. loco. & Ruding. d. loco n. 18. IV. Obst. Licet vasallus sine domini consensu ad alium transferat feudum, non tamen propterea dominum contemnere, vel in eum peccare censetur, sed potius feudo se abdicando semetipsum maximo afficit damno, præsertim quandò, ut plerumq; fit, egestate & necessitate cogente ad alienationem processit. Rq. Hartm. d. loco. n. 4. & Ruding. n. 16.

LXXXIX.

Sed & hoc casu feudum tantisper apud dominum manere, quoad is, qui alienavit, superstes est, eo verò defuncto ad proximum agnatum devolvi concludimus.

Cum Hartm. Pistor. d. q. 17. n. 13. per rationes suprà pro th. 85. adductas, siquidem vivente vasallo agnati ejus nullum jus prætendere possint, post mortem enim demum eis jus regulariter in feudis competit.

XC.

Ulterius quæritur ad quem feudum ob non petitam investituram amissum devolvatur? Ad dominum arbitramur, quoad vivit vasallus delinquens.

I. per c. 1. in pr. vers. prætereà si quis infeudatus. De prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. ubi dicitur hoc casu feudum ad dominum pertinere. II. *Quia vasallus, qui negligit intra annum & diem petere investituræ renovationem, dominum contemnere videtur, unde feudum applicari debet domino ut suæ injuriæ ultionem habeat per d. c. 1. §. fin. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. fac. text. in c. 1. an ille qui interfec. frat. dom. 2. F. 37. ibi, cum autem ad dominum respicit felonia, feudum tunc domino aperitur.* III. *per d. c. 1. in pr. Quæ fuit pri. caus. benefic. amit. ibi, tanquàm ingratus existens beneficium amittit.* Pro contrarijs, si quæ occurrant, diluendis consule *Harm. Pist. lib. 2. q. 18.*

XCI.

Sicut autem feudum amissum pertinet vel ad dominum vel ad agnatos, ità cum dominus delinquit, directum dominium acquiritur vasallo, non ei qui domino successurus est.

c. 1. §. domino. Si de feud. defunct. cont. & ibid. Schenck. Bare. n. 2. 3. 4.

Disput.

Disputatio IX.

DE ACTIONIBUS OB Feudum competentibus.

RESPONDENTE

PETRO VIETORE ROSTOCH.

CONTINUATIO.

VIdimus hucusq; Ius feudale cujusmodi sit, tum quoq; quo pacto constituatur, acquiratur & amittatur, & amissum cui aperiatur. Cum verò parum sit nosse jus, quod nobis competit, nisi etiam sciamus modum & viam juris nostri tuendi conservandiq; aut persequendi in actionibus & alijs remedijs positam, ideò ordinis ratio postulat breviter videre actiones feudi nomine competentes.

Thesis I.

Competunt verò Feudi nomine tàm Vasallo quàm domino & in personam & in rem actiones.

II.

Vasallo vel de feudo duntaxat promisso, vel etiam constituto nondum verò tradito, tum etiam de jam tradito. *Vasallo competunt Actiones.*

III.

De feudo duntaxat promisso vel actio ex stipulatu, quandò promissio de investiendo vallata est stipulatione. *De feudo saltem promisso.*

arg. l. inter stipulantem. 83. §. si rem quam. ff de V.O. Duar. c. 18. n. 2. Vult. lib. 2 feud. c. 1. n. 11. Moz. in cap. Quæ actio oriatur ex feudo. 8. n. 4. Intrigl. q. 11. n. 14. Rosenth. c. 12. concl. 1.

IV.

Vel condictio ex moribus, quandò promissio de investiendo sine stipulatione facta est.

C *arg.*

arg. l. 1. ff. de condict. ex leg. quià feuda potius moribus constăt & reguntur quàm legibus. Specul. in §. ult. tit. de feud. Borch. c. 9. n. 10.

V.

Item actio ex Empto, si per Emptionem promissum est feudum.

l. ex empto. 11. in præf. de act. Empt. VVes. c. 17. n. 8. Rittersh. lib. 2. c. 8. q. 5.

VI.

Et testamentaria directa, si testamento relictum sit, si verò codicillo vel donatione mortis causà, Utilis ex testamento institui potest.

arg. §. nostra autem ubi gl. in verb. personalis. Inst. de legat. & l. hujusmodi. 84. §. ult. & ibi glos. in verb. persona. De leg. 1. Petr. de Bella Pertica. in sum. feud. c. 6.

VII.

Per investituram constituto, &

Feudo per investituram constituto Actione beneficiariâ ex feudo promante Vasallus & dominus sibi invicem regulariter tenentur ad præstationem ejus, ad quod vi contractus illius feudalis sunt obligati.

arg. l. 1. & 2. ff. de præscript. verb. Caccialup. ad c. 1. de feud. cognit. p. 5. n. 4. & 5. Bart. in l. un. ff. de Condict. ex leg.

VIII.

Iam tradito.

Feudo verò tradito vasallo competit Utilis rei vindicatio (a) non tantum adversus Extraneum (b), sed etiam ipsum feudi dominum, si is fortè possessionem feudi adeptus sit (c).

a) c. 1. §. rei autem. De invest. de re alie. fact. 2. F. 8. Et hæc utilis in effectu idem valet quod Directa. arg. l. 47. ff. de negot. gest. b) d. c. 1. §. rei autem. de invest. de re alie. fact. 2 F. 8. & ibi Dd. VVes. d. c. 17. n. 8. Curt. p. 1. q. 10. Zas. p. 6. n. 37. c) d. §. rei autem, verb. à quolibet possidente. Vult. d. c. 1. n. 13. in fi. Schrad. p. 5. c. 6 n. 81. Schneid. p. 1. n. 27.

IX.

Sed quid si dominus & Vasallus in re feudali vindicandâ à tertio concurrant, quis eorum præfertur? Vasallum domino præferendum ducimus.

Alvar. Andr. de Iser. Raven. & Baro à Tautenh. in d. c. 1. §. rei autem. de invest. de re alie. fact. Borch. d. c. 9. n. 2. Schneid. p. 1. n. 27. vers. & hoc ampliatur. & p. 4. n. 61. Vult. d. c. 1. n. 14. & est ratio, quià utilis actio præfertur directæ. l. in causæ. §. fin juncta gl. ff. de procur.

X.

Cum ergo Vasallo contra dominum utilis vindicatio detur, illa

illa verò in judicio instituatur, quæritur an Vasallus dominum fi- 187
ne veniâ in jus vocare possit? Neg.

I. *per l. generaliter. 13. ff. de in jus vocand. ubi generaliter dicitur, eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris in jus vocari non posse. At vasallus domino feudi debet reverentiam. c. 1. ibi, salva reverentia. De milit. Vasal qui cont. 2. F. 22. E.* II. *Quia domini æquiparantur patronis quod ad collata beneficia attinet, nam sicut patronus libertatem concedit, ità dominus ex liberalitate suâ dat feudum, unde alatur & vivat vasallus cum uxore atq; liberis, quâ ratione feudum etiam beneficium dicitur. c. 1. in quib. caus. feud amit. 2. F. 23.* III. *Quia vasallus præstat domino juramentum, in quo comprehenditur, se nunquam ex personâ suâ aliquid facturum adversus honorem & commodum domini. c. 1. De form. fidelit. & c. 1. de nov form. fidelit.* I. Obst. *Quod princeps quidem pater omnium communis dicatur, sed impropriè & abusivè.* Rt. *Speckhan. cent. 1. q. 55.* II. Obst. *Quod sublatâ antiquâ formâ in jus vocationis cesset requisitæ veniæ impetrationis ratio, quæ erat quod in jus vocati obtorto collo, si ultrò non ibant, inviti in jus rapiebantur (quod in personis, quibus reverentiâ debetur, & quidem sine judicis veniâ admitti valdè durum erat) ut probat Gobea. 1. par ult. Gœd in l. 9. in pr. de V. S.* *Hæc violenta in jus vocandi ratio in civilibus causis ab usu recessit, successit verbalis citatio, quæ per apparitorem & non nisi authoritate Judicis fieri potest, cum igitur sine veniâ nemo hodiè citetur, malè jus speciale in quibusdam personis statuitur.* Resp. *Niel. disp. feud. 10. th. 4. lit. b.*

XI.

Datur quoq; vasallo actio de Evictione contra dominum, si investitus sit ignorans in re alienâ.

Secus si sciens, sibi enim imputabit. arg. l. si fundum. 27. C. de Evict. Borch. c. 9. n. 13. & 16. Blanc. 1. F. 3. n. 52. Duar. c. 19. n. 3. Cont. c. de Act. feud. vers. habet etiam vasallus. Schneid. p. 4. n. 70.

XII.

Actio quoq; ei competit Confessoria, & Negatoria ob servitutes feudo competentes aut non competentes.

d. c. 1. §. rei autem, ibi nam & servitutem. De invest. de re alie. fact. Cont. de Feud. c. ult.

XIII.

Item finium regundorum adversus extraneum vel dominum

vicina prædia rustica aut confines agros vectigales habentes aut fructuarios fundos possidentes.

l.2.§.1.& tot.tit.ff.& C.Fin.regund. Rosenth.c.12.concl.12.n.22.

XIV.

Competunt& aliæ,quæ alijs jure civili tale dominium habentibus,ut Emphyteutæ, superficiario dantur, ut est actio communi dividundo, ex lege Aquiliâ, arborum furtim cæsarum & similes.

Schrad.p.10.sect.1.n.72. Eberhard. in topic.legal. loco ab Emphyt.ad feud.n.8.

XV

Uno verò vasallorum ad divisionem provocante an cæteri, etiam cum ingratijs,admittere eam cogantur hic quæritur? Aff.

I. *Quià communio discordiam excitare solet. l.cum pater.§. dulcissimis. ff. de Leg.2.& l.in re communi.ff.de servit urb.præd. Naturale quippè vitium est negligi quod communiter possidetur,adeò ut quis se nihil habere qui non totum habeat,arbitretur, denique suam quoq; partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ. l. 2. in pr. vers. naturale. C. Quand.& quib. quarta pars. lib.10.* II. *Quià textus in c.1.§.omnes. Si de feud.defunct.cont.sit.2.F.26. & in c. 1. De nat. succes. feud. 2. F. 50. simpliciter divisionem permittunt.* Obst. *c.1.§.1.vers prætereà ducatus. De prohib. feud.alien per Frider.2. F. 55. argum. â contrario sensu,ubi* si consortes voluerint, *quæ verba tanquàm indefinita universali æquipollent. l.si pluribus ff. de Leg.2.* Rt. *Rosenth. c.9.concl.53.& Schrad p.8.c.2.n.32.& seq.*

XVI.

Et potest totum feudum vasallorum consensu uni assignari, ità ut dominus eos invitos,ut singuli partem feudi ratineant,adigere non possit.

d.c.1.§. omnes filij. Si de feud.defunct.cont.sit. & d. c.1. de natur. succes. feud. Zas.p.9.n.40. Curt.p.4.n.122.vers.hæc prima regula. Iacob. de Belv.in d.c.1.§. omnes filij. & ibid. Andr. de Isern n.3.& 5. Bald.n. 3. Alvar. n.6. Trap. n. 2. Matth.de Afflict.n.1.14.& 23. Laud n.6. Vult.c.10.n.88.vers. adeò verò. Hannet.3.F.9.in fi. ubi neminem dubitare in eo ait.

XVII.

Modò hæc assignatio non fiat in fraudem domini.

puta si fortè pacto aut aliâ ratione uno heredum sine filijs mortuo feudum ad dominum rediret, & unus ex vasallis senex aut aliàs sine spe filiorum totum cederet alteri juniori, talis enim assignatio censetur facta in fraudem domini. arg. d. c. 1. vers. callidis. De prohib. feud. alien. per Frider.

Vult.

Vult. d. n. 88. vers. adeò verò. Iacob. de S. Georg. in verb. Marchio. n. 7. Curt. p. 4. n. 122.

XIIX.

Interdicta quoq; ratione feudi acquisiti vasallo competunt, ut si in possessione feudi turbetur, Interdictum uti possidetis.

Menoch. de retin. possess. remed. 3. n. 81. Borch. d. c. 9. n. 17. Ruin. cons. 53. n 3. lib. 4. Ioh. Fab. & Ioh. de Platea. in §. retinendæ. Instit. de Interd. Si enim usufructuario detur. l. ult ff. uti possid. qui revera non possidet, sed videtur saltem possidere. l. naturaliter. ff. de acquir. vel amit. possess. utiq; dabitur & vasallo, qui possidet. c. 1. §. fin. de nova form. fidel. 2. F. 7. & utilem in rem actionem habet. d. c. 1. §. rei autem. De invest. de re alia. fact. 2. F. 8.

XIX.

Et Interdictum Unde Vi, si feudo spoliatus sit.

Menoch. remed 1. recup. possess n. 90. Borch. d. n. 17. Intrigl. q. 19. n. 13. Cujac. lib. 2. feud. tit. 22. vers. quid autem dicemus econtrario. Hannet. lib. 4. feud. c. 2. in pr. Molin. in consuetudinib. Paris. tit 1. §. 1. gloss 4. n. 35.

X X.

Num verò hoc interdictum ei etiam contra dominum detur ambigitur? Aff.

I. *Quià hoc casu cum dominus vasallum non habet ut vasallum, vasallus non compellitur dominum habere ut dominum. c. esto subjectus. 7. distinct. 95. ubi dicitur, Episcopi habeant clericos quasi clericos, ut ipsis Episcopis à clericis quasi Episcopis honor deferatur. Ità vulgare est dictum Senatoris Romani Lucij Crassi, cum in curiâ à Philippi consulis lictoribus caperetur, rejecto lictore, non es, inquit, mihi Philippe consul, quià nec ego tibi Senator sum.* II. *Quià vasallus ex tali causâ etiam posset agere contra dominum ad privationem proprietatis, nam & jure civili amittit quis dominium rei suæ, quam alteri per vim eripit. Cur ergo ipsi denegaretur id quod minus est, nempè interdictum recuperandæ possessionis, cum permittatur ei quod plus est, nempe actio ad privationem dominij, non debet enim cui plus licet, etiam quod minus est non licere.* I. Obst. *Quod liberto in patronum Interdictum unde vi non competat. l. 1. §. interdictum. 43. ff. Unde Vi.* E. nec vasallo, quià in jure persæpè hi duo comparantur, nec adeò dissimilis est ratio. R. *Borch. d. c. 9. n. 19. & Iacob. de S. Georg. in verb. & dicti vasalli n 7.* II. Obst. *gloss. in l. 1. §. servi quoties. ff. ad SC. Syllan.* quæ dicit, *quod vasallus debeat præferre salutem domini suæ propriæ. E. non*

poterit illum tali actione convenire. Rt. *Iacob. de S. Georg. d. n. 7.* III. Obst. *Quod Bald. in c. 1. §. 2. vers. praterà si inter. De prob. feud. alie. per Frid. dicit, quod vasallus adversus dominum suum non possit agere actione furti, & si in libello exprimeret actionem furti, non procederet libellus, sed si non exprimeret, benè valeret libellus, quià quantum ad infamiam magis consideramus genus actionis, quam genus causæ.* Rt. *Iacob. de S. Georg. d. n. 7.*

XXI.

Maximè verò hoc procedit, quandò dominus vi armatâ adversus vasallum utitur.

Quià hoc casu etiam liberto adversus patronum interdictum unde vi competit. d. l. 1. §. interdictum hoc. 43. vers. aliter. ff. de vi & vi armat. Borch. d. c. 9. n. 20.

XXII.

Faciunt quoq; Feudistæ mentionem Remedij deprædationis, ut scilicet vasallus dominum justiciam facere nolentem post tertiam admonitionem & querelam de eo apud pares curiæ & superiorem potestatem institutam possit deprædari, bonaq, ejus diripere & impunè in eum grassari.

c. 1. in fi. De milit. Vasal. qui contum. 2. F. 22. & ibi Dd. Et *est hic casus notabilis in jure feudali, quo licet sibi ipsi jus dicere, seq, sine judice vindicare quod aliàs regulariter prohibitum est. tot. tit. C. Ne quis in sua causa iudicet vel jus sibi dic.* Unde *Hotoman. in d. c. in fi. vocat hoc Barbaricum institutum, ut coërcitio non apparitoribus potius & manu militari officio Judicis, quàm ipsi adversario committatur. l. qui restituere. 68. ff. de rei vind. l. 3. ff. ne vis fiat ei qui in possess.* Et *ideò Accurs. text. in d. c. 1. de Milit. Vasal. qui contum. limitat, ut tunc demum licita ac permissa sit vasallo deprædatio domini, si is propter contumaciam suam bannitus sit. Sed communiter id ab interpp. reprobatur, quià eo casu unicuiq, licet impunè illum dominum offendere, nedum vasallo injusticiam passo. Rittersh. 2. F. 8. q. 12.* Verumenimverò *abhorrent ab hoc novellæ moderni Imperij nostri constitutiones, quibus Judicia illa, qua* Selbgericht *appellantur, tanquam pestes pacis perniciosissimæ damnantur.* Reichsabschied *de Anno 1495. 1500. 1522. 1555. 1557. 1559. 1566. 1570. & 1578.*

XXIII.

Domino dantur. Domino econtrario competunt & Reales & Personales actiones.

Perso-

Personales, ut actio ex stipulatu, si servitia certa per stipulationem promissa sint. *Personales*

arg c.1.in fi.In quib.caus.feud.amit.2.F.23.& c.c.in fi. Di Capitan qui cur. vendid.2.F.51.Duar.c.19.n.1. Rittersh.2.F.8.q.14. Jacob.Kleist.decad.feud. 3. concl.4.

XXV.

Condictio causa data causa non secuta, ad repetendum feudum, si vasallus petenti domino servire noluerit.

c.1.de feud.sine culp.non amit.1.F.21.ubi com.Dd.Duar.d.c.19.n.1.Borch.d.c. 9.n.22.& seqq. VVesenb.c.17.n.8. Vult.d.c.1.n.17.

XXVI.

Condictio ex moribus si servitia non sint expressa (a), vel ad feudum ob culpam vel feloniam commissam revocandum (b).

a) d.c.1.in pr.ibi tunc condictio.de feud.sin culp.non amit.1.F.21. Vult.d.c.1. n.11.in fi. Duar.d.c.19.n.1. b) mores enim hoc flagitant, ut vasallus, qui feloniam committit, feudo legitimè privari debeat. c.1. Qualit.dom. propriet. feud.prib.2.F.47.c.1.ibi, secundum mores curiarum.& ibi.bonis curiarum consuetudinibus.2.F.23.VVesenb.d.c.17.n.8.Schrad.2.p.9.pr.sect.9.n.33.Hannet. lib.3.feud.c.13.vers.si verò feudum.

XXVII.

Item actio præscriptis verbis, si malit fortè urgere & exigere servitia â vasallo, relicto penes ipsum feudo, quàm illud revocare.

Cujac.in proæm.feud.propè fin.

XXIIX.

Reales, ut Directa rei vindicatio *Reales.*

c.1.§.si verò vasallus ibi, rem suam petat. Quid sit invest.2.F.2.

XXIX.

Adversus vasallum, si feloniâ vel culpâ feudum amisit.

Sonsb.p.13.n.75 vers.vel utetur contra eum directâ actione. Clar. in §. feudum. q.26.n.4. Mozz.c.8.n.9. Vult.d.c.1.n.19. Borch.d.c.9.n.21.

XXX.

Adversus Extraneum, quocunque casu res feudalis ad eum pervenerit.

d.c.1.§.si verò vasallus.& ibi Dd. Quid sit invest. Sonsb.d.p.13.n.75. Caccialup.obs.feud.24.

XXXI.

Item condictio ex Lege, id est, ex constitutione Friderici ad revo-

revocandum â quocunq; poſſeſſore feudum ſe invito alienatum â vaſallo.

c.1. De prohib. feud. alie. per Frider. 2. F. 55. arg l. ult. C. de revoc. donat.

XXXII.

Actio item confeſſoria & negatoria.

XXXIII.

Sed quid an Domino etiam Interdicta competant? Aff.

I. *Quià dominus poßidet, certum enim eſt dominum retinere civilem poſſeßionem, etiamſi rem in Emphyteuſin concedat. l. quod meo. 18. ff. de acquir. poſſeſſ. l 2. C. de præſcript. 30. annorum. Actus verò poſſeßionis eſt exigere ſervitia & alia ſimilia, quæ debet vaſallus domino.* E. *dubium non eſt dominũ poſſe experiri.* II. *Quià quilibet ſpoliatus rebus ſuis omnibus, quibus eſt ſpoliatus, integrè reſtituendus eſt, & omnia ablata reintegranda c. antiquitus. & ſeq. c. nullus Epiſcoporum. & ſeq. & c. ult. 2. q. 2.* E. *ut univerſalis illa ſit vera, fiet jurium reſtitutio etiam domino, univerſali enim Iudicio fit jurium reſtitutio. l. item vide. §. fi. de petit. hered.*

XXXIV.

Competit etiam Domino moribus Gallorum Remedium, quod dicitur manus injectio in ipſum feudum.

Quià magis expedit domino manus inĳcere feudo, ſi vaſallus nõ præſtet ea, quæ debet, quàm actionem intentare. arg. l plus cautionis ff. de R. J. Cont. de feud c. ult. Rittershuſ. 2. F. 8. q. 15.

XXXV.

Vaſalli filĳs & agnatis. Vaſalli quoq; filijs & agnatis actiones competunt, ut condictio ex Lege c. imperialem, de prohib. feud. alie. per Frider. ſi ob feudum â vaſallo alienatum revocatoriâ opus fuerit.

c. 1. §. Titius filios. Si de feud. defunct. cont. ſit. 2. F. 26. Duar. d. c. 19. n. 5.

XLVI.

Si v. aliâ culpâ eis apertum F. fuerit, condictio ex moribus datur.

Reſenth. c. 12. concl. 10.

XLVII.

Nonnunquàm etiam utilis rei vindicatio competit.

arg. c. 1. Si unus ex fratrib. 2. F. 83.

XXXIIX.

Et ſi dominus feudi ipſis aperti inveſtituram deneget, officium Iudicis implorare poſſunt.

Vigel. c. 5. Jur. feud. q. 6. reg. 4. Clar. in §. feudum. q. 87.

Diſput.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0198
DFG

Disputatio X.

& Ultima.

DE PERSONIS JUDICIUM FEUDALE CONSTITUENTIBUS.

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO RICCIO
Stetinens. Pomer.

CONTINUATIO.

PRoximè de actionibus vidimus. Cum verò parum sit jus esse in civitate, nisi sint qui jura reddere possint, ultimo loco nobis dicere restat apud quos causæ feudales agi debeant, & quæ personæ ulterius in hoc Iudicio feudali constituendo interveniant.

Thesis I.

Personæ Judicium feudale constituentes aliæ sunt principales, aliæ minus principales.

arg. auth. principales. C. de Jurejur. propt. calum. dand. c. tuæ. in fi. Ext. de procurat. c. pastoralis. & ibi Barbat. n. 1. Ext. de Iudic.

II.

Principales, Judex tum primus, tum Appellationis, & Litigantes, sine quibus nullum judicium consistere potest.

c. forus. Extr. de verb. signif. Vult. lib. 2. I. R. c. 1. n. 4.

III.

In controversijs autem feudalibus aliquandò Ordinarius loci, aliquandò arbitri electi, quandoq; Dominus feudi, nonnun-

 quàm pares curiæ soli, certis etiam casibus illi unà cum domino munus Iudicis exercent.

Rosenth. c. 12. concl. 1. n. 2.

IV.

Ut igitur sciri possit quisnam judex competens sit in controversiâ feudali, casus aliquot nobis distinguendi erunt.

Graviter enim conqueritur Hotom. in diss. feud. c. 42. varium & incertum jus in libris feudorum hac de re traditum esse.

V.

Quandò lis oritur inter duos vasallos, tunc in illà lite dominus feudi iudex erit.

c. 1. §. 2. vers. prætereà. De prohib. feud. alienat. per Frider. 2. F. 55. Et licet textus in singulari de domino loquatur, tamen idem est si plures ejusdem feudi sint domini, ut scilicet simul inter vasallos cognoscant. Schrad. p. 10 sect. 1. n. 186. amp. 81. Nec obst. *c. 1. Apud quem vel quos. 1. F. 18. & c. 1. De Lege Corrad. 2. F. 34. ubi dicitur, controversias inter Capitaneos coram Imperatore vel rege, inter alios valvasores coram paribus curiæ vel Iudice curiæ finiri, & sic innuitur quasi contentio inter vasallos ad parium, non domini Iudicium pertineat.* Quià *solutio communis est, illos textus loqui de casu speciali, si videlicet alterum illorum non constet vevera vasallum esse, sed tamen is se ex re controversâ clientem esse asseverat:* Alij Resp. *dictos textus, quo ad secundum dictum corrigi per d. c. 1. §. 2. vers. prætereà. De prohib. feud. alie. per Frider.*

VI.

Qui habet Iurisdictionem ordinariam,

d. c. 1. §. 2. vers. prætereà. De prohib. feud. alien. per Frider. & ibi Dd. c. caterum. Extr. de Iudic. c. verum. Ext. de for. comp. & utrobiq; Canon. Vult. lib. 2. F. 2. n. 5. Curt. p. 7. n. 28. Zas. p. 11. n. 18. consuetudo enim & lex ubi dant Iurisdictionem, ordinariam tribuunt, fac. l. & quià. 6. junctâ gloss. in verb. lex. & ibi Jas. n. 44. & alij. ff. de Iurisdict. Sed *hæc Iurisdictio domino consuetudine & lege competit. d. c. 1. Apud quem vel quos controvers. feud. defin. 1. F. 18. & d. c. 1. §. 2. vers. prætereà. de prohib. feud. alien. per Frider.*

VII.

Et cognitionem ad se pertinentem alij committere potest.

l. mort. 5. ff. de Iurisdict. l. 1. §. qui mandatum, 1. ff. de offic. ejus cui mand. est

Iurĩ

Jurisdict. Moz. de nat. feud. n. 113. Iaſ. in l. à judice. n. 1. C. De Iudic. Vult. d. c. 2. n. 6. Schrad. p. 10. ſect. 4. n. 1. & ſeqq. & p. 10. ſect. 12. n. 71. & ſeq.

III.

An igitur dominus Iudicaturus juramentum de rectè judicando præſtare tenetur? Neg.

I. *Quià Judex, cujus utraq; pars integritatem approbat, juramenti onere non gravatur. Bart. in l. Lucius. 25. in fi. ff. de fidejuſſ.* Atqui domini fides utriq; parti probata eſt, neq; decet quicquam ſiniſtrè de domino ſuſpicari. II. *argumento ſumpto à majori ad minus, Quià dominus non tenetur ad juramentum calumniæ præſtandum. c. 1. §. in quibus. De conſuet. rect. feud. 2. F. 33. quod tamen difficilius remittitur. l. 2. §. ſed quid veremur. & ibi Dd. C. de Iuram. cal.* III. *Quià dominus juramentum fidelitatis corporaliter non præſtat ut vaſallus domino, idq; argumento patroni, qui liberto ſuo non jurat, ut maximè ipſi à liberto jusjurandum præſtetur. l. qui bona. §. pen. ff. de dam. infect. Vult. 1. F. 10. n. 37.* Ex quibus facilè reſponderi poteſt *ad vulgatam Iuris civilis regulam, quâ omnes omninò Iudices tam ordinarij quàm delegati tenentur præſtare juramentum de rectè iudicando. l. rem non novam. 14. & auth. hodiè. C. de Iudic. l. 2. in pr. C. de Iuram. calum. auth. præſides. C. de Epiſc. aud. in q. adeò ut ſapientes illi, quorum conſilium pro deciſione cauſarum requiritur, juramentum de rectè conſulendo ſivè rectè reſpondendo præſtare teneantur, ut tenet Specul. in tit. de requiſ. conſ. verſ. item facit.*

IX.

Et quidem quandò de feudo regali inter Capitaneos regni eſt controverſia, Imperator ſeu rex non recognoſcens ſuperiorem ſolus cognoſcit.

d. c. 1. apud quem vel quos contr. feud. 1. F. 8. d. c. 1. de Leg. Corrad. 2. F. 33. Zaſ. p. 11. n. 6. Moz. de nat. feud. n. 110. Vult. d. c. 2. n. 9. Duar. c. 20. n. 5. Borcb. c. 10. n. 1. & ſeq. Iacob. de S. Georg. in verb. & dicti vaſalli. n. 9. Sonsb. p. 14. n. 19. Clar. in §. feudum. q. 90. Imò quamvis hodiè Camera Imperialis per modum contractus ex ordinatione Cameræ concurrentem cum Imperatore Jurisdictionem habeat & ipſum Imperatorem repræſentet, undè Camera Sigillo Cæſareo utitur & proceſſus ſub nomine Imperatoris quotidiè decernit: tamen ſolus Imperator de principatu, Ducatu, Marchionatu & Comitatu Imperij cognoſcit, non Camera Imperialis, propterea quod hic caſus in ordinat. Cam. par. 2. tit. 7. ſoli Imperatori reſervatus

servatus sit, Verba d. t. 7. talia sunt, Ob auch sachen fürfielen Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Grafschafft/ etc. belangent / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem theil gentzlich vnndentlich abgesprochen werden solten / derselbigen enkantnuß wollen wir vns/ oder vnsers abwesens vnserm lieben Bruder dem Römischen König hyrin/doch sonst in andern sachen dieser vnser Ordnung ohnabbrüchig / vorbehalten haben / doch dieselben aus dem Reich Deudscher Natton nicht ziehen. *Gail. 1. obs. 29. n. 7. Schbbar. præt. obs. 4. n. 7. Vult. lib. 2. feud. c. 2. n. 9. vers. adeò autem.*

X.

Inferior verò dominus feudi judicat, quandò inter convasallos de possessione vel proprietate feudi non regalis contentio oritur.

d. c. 1. §. 2. vers. prætered. De prohib. feud. alie. per Frider. Vult. d. c. 2. n. 10. Borch. d. c. 10. n. 17. Duenas in Reg. Iur. 321. Clar. d. q. 90. Duar. d. c. 20. n. 2. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 109. & seq. Moz. d. loco. n. 111. Zas. d. p. 11. n. 7. Iacob. de S. Georg. in d. verb. & dicti vasalli. n. 4.

XI.

Sivè dominus ille sit laicus sivè clericus nihil interest.

c. cæterum. De Iudic. c. verum. De foro compet. ubi Dd. Borch. d. c. 10. n. 25. Zas. d. n. 7. Duar. d. c. 20. n. 6. Dec. in d. c. cæterum. n. 20. Innocent. in d. c. verum. n. 1. & ibid. Felin. n. 3. vers. tenent moderni. Vult. d. c. 2. n. 13. Moz. de natur. feud. n. 120. & 121. Bald. in c. 1. de controv. feud. apud par. termin.

XII.

Sic si uterq; litigantium diversos investitores proferat, non dominus feudi, sed Iudex ordinarius cognoscit.

d. c. 1. de Leg. Conrad. 2. F. 33. c. 1. §. 2. vers. si duo. & vers. si tres. De pace tenend. 2. F. 28. Rosenth. c. 12. concl. 34. lit. e.

XIII.

Item si unus litigantium dicat feudum esse novum, alter dicat esse antiquum, non dominus cognoscet, sed pares curiæ.

c. 1. An apud judic. vel cur. dom. 2. F. 46. nam hoc casu de domini interesse agitur, ut qui Evictione tenetur, & licet de evictione non teneretur, verisimile tamen est dominum contra suum factum, id est investituram novam nihil facturum esse. Nec obst. *c. 1. de invest. in marit. fact. 2. F. 15. ubi Judex ordinarius cognoscit.* Quia Respondet *Curt. p. 7. n. 5. quod data negligentiâ*

gentiâ parium, succedat Judex ordinarius. Alij volunt illum text. correctum esse. per d. c. 1. An apud judic. vel cur. dom.

XIV.

Ubi verò uterq; dicit feudum esse antiquum, cum jurisdictio est dubia, tunc cognoscit dominus cum curiâ.

d. c. 1. vers. illud tamen sciendum. De infeud. in marit. fact. 2. F. 15. Curt. p. 7. n. 6. Zas. d. p. 11. n. 8.

XV.

Sed si dominus feudi justiciam vasalli administrare negligit, tunc cognitio ad ordinarium devolvitur.

c. 1. in fi. de milit. vasal. qui contum. 2. F. 22. Curt. p. ult. n. 14. Vult d. c. 2. n. 20. dominus enim speciali jure feudali Iudex est inter vasallos, & ideò ob ejus negligentiã jurisdictio ad superiorem devolvitur. c. irrefragabil. §. excessus. De offi. c. ordinar. Borch. d. c. 10. n. 28. Iacob. de S. Georg. in d. verb. & dicti vasalli. n. 21.

XVI.

Ità si dominus semel consensit ut coram alio judice causa tractaretur, tunc is competens erit Iudex.

Borch d. c. 10. n. 29. & seqq. Panorm. in d. c. cæterum. n. 6. & ibid. Felin. n. 6. & Dec. n. 7. Vult. d. c. 2 n. 21.

XVII.

Et si dominus inter vasallos cognoscere quidem posset, sed propterea quod causa ipsum vel suos concernat, vel is aliter suspectus sit, pares curiæ in judicando succedunt.

d. c. 1. vers. & responsum. An apud judic. vel cur. dom. 2. F. 46. VVesenb. c. 17. n. 5.

XIIX.

Ità si pacto investituræ, consuetudine, vel principis superioris constitutione contrarium sit cautum ut alius adeatur Iudex, meritò huic standum est.

arg. c. 1. §. fi. & ibi Dd. De succes. feud. 1. F. 8. & c. 1. §. prætered. Quid sit investit. 2. F. 2.

XIX.

Sed an hoc privilegio etiam citra aliquam specialem concessionem gaudeant pupillæ, viduæ vel aliæ miserabiles personæ, ut pro suo arbitrio vel dominum feudi, vel judicem Ecclesiasticum, vel ordinarium, vel etiam ilicò in primâ instantiâ Imperatoriam

 majestatem sivè cameram adire possint hic in disquisitionem venit? Quod sequentibus freti rationibus negamus.

I. *Quià ubi lex non distinguit, neq; nos distinguere debemus. Jura autem feudalia hic non distinguunt.* E. II. *Quià clerici, quorum tamen in declinando judice seculari maximus est favor, indistinctè judicis feudalis cognitioni subjacent. c. verum. c. ex transmissa. Extr. de for. compet.* III. *Quià jus quæsitum per contractum sivè interveniente contractu alicui ne interveniente quidem imperiali authoritate auferri potest. l. causas. 16. C. de transact. l. de contractu. 3. C. de rescin. vendit. Atqui jurisdictio sivè cognitio causarum feudalium inter vasallos est acquisita domino feudi per contractum.* IV. *Quià consuetudo, quæ est optima legum interpres, hanc sententiam approbat. Gail. 1. obs. 1. n. 40.* Obst. *l. un. C. Quand. Imper. inter pupil. vel vidua. & c. regum. 23. q. 5. c. 8. dict. 81. Quod verò d. l. un. locum quoq; habeat in causis feudalibus, probant sequentibus rationibus.* I. *Quià personæ miserabiles in hoc specialiter privilegiatæ reperiuntur, quod ipsi adversarios suos in primâ instantiâ illicò & statim coram Imperatoriâ majestate vel eius senatu convenire possint. Lex verò concedens jurisdictionem domino feudi inter vasallos generalis est præsertim quoad personas. Jam verò certum est, quod lex generaliter loquens nunquàm extendatur ad personas specialiter privilegiatas in illâ materiâ, de quâ lex generalis loquitur. l decurionibus. 3. ubi gloss. C. de silentiarijs & decur. eor. lib. 12. l. 3. §. Divus. ff. de sepul. violat.* II. *Quià hoc beneficium ipsis gratiâ miserationis indultum est. Jam verò certi juris est, quod per generalem dispositionem tollatur beneficium alicuius miserationis causâ concessum.* III. *Quià licet dispositio d. c. 1. §. 2. vers. prætereà. de prohib. feud. alie. per Frid. sit specialior respectu causarum, attamen videtur quod dispositio. d. l. 1. C. Quand. Imper. int. pup. vel vid. respectu personarum sit specialior & favorabilior. Jam constat, quod constitutio specialior respectu causarum non extendatur ad casus comprehensos sub constitutione, quæ est specialior ratione personarum ea casu, quandò illa constitutio respectu personarum est favorabilior sive majorem favorem continet.* Resp. *Schrad. p. 10. sect. 2. n. 40.*

XX.

Sed quid si dominus vel vasallus, aut etiam uterquè cætui studiosorum annumeretur, anne per auth. habita. C. Ne filius pro-

pro patre, tunc causa feudalis ad scholæ rectorem vel loci episco- 199
pum remittenda & coram ijs ventilari debeat? Neg.

I. *Quià certum est quod de causis feudalibus inter dominum & vasallum vertentibus nullus alius cognoscere possit quàm pares curiæ. d. c. 1. §. 2 vers. præterea. de prohib. feud. alie. per Frid.* II. *Quià illud ius, quod tam dominus feudi quàm vasallus in causis feudalibus coram paribus curiæ forum sortiuntur, ex contractu feudi descendit. Atqui clari juris est quod habentes jus revocandi domum (exceptis legatis) eo jure uti nequeant, quandò illi conveniuntur in isto loco, in quo ipsi alioquin ratione contractus forum sortiuntur. l. 2. §. omnes. 4. ff. de Iudic.* III. *Quià illius decisionis, quod scholares vel alij simile privilegium habentes ius revocandi domum & habeant & allegare possint, ea tantum ratio assignari potest, quià illi pro absentibus habentur. l. nec non. 28. §. si cum in provincia. ff. Ex quib. caus. maj. l. 76. in pr. & ibi Bart. ff. de leg. 3. Sed illa ratio cessat in causis feudalibus inter dominum & vasallum vertentibus, eam ob causam quià tàm dominus quàm vasallus in causis feudalibus coram paribus curiæ indistinctè conveniri possunt, & causæ feudales inter dominum & vasallum vertentes indistinctè ad cognitionem parium curiæ pertinent, etiamsi dominus vel vasallus conventus neq; isto in loco domicilium habeat, neq; etiam in isto loco præsens sit. arg. c. 1. de controv. int. Episc. & vasal. 2. F. 20. c. 1. de contro. apud par. term. 2. F. 16. & c. 1. §. si inter. De alien. feud. pat. 2. F. 39. Cessante autem ratione legis, & ipsius quoq; dispositio cessat. l. quod dictum & ibi Bart. ff. de pact. l. adigere. 6. §. quamvis. ff. de jur. patron.*

XXI.

Si unus vasallus respectu plurium feudorum, quæ ipse à pluribus & diversis dominis recognoscit, & in diversis sita sunt territorijs, simul conveniatur, coram quo judice ista controversia sivè lis agitari & â quo determinari, an ob causæ connexitatem camera Imperialis adiri debeat quæritur? Neg. Sed quælibet causa coram suo judice vel domino tractanda erit.

I. *Quià feuda, quæ quis â diversis dominis recognoscit, sivè causæ vel lites ratione horum feudorum motæ, causa continentes dici vel reputari nequeunt, ratio rationis, quià hæc feuda atq; indè descendentes lites non habent unam eandemq; causam vel rationem. Et certum est illas causas non posse dici cohærentes seu connexas, quæ non procedunt ab eadem causâ vel ratione.* II. *etiam dividuæ causæ non coram uno judice, sed unaquæq; separatim*

paratim coram suo judice tractanda est. II. Quià contractus feudales singuli etiam singulas obligationis causas præsupponunt, & plerumq; ex contractu feudali videtur agi, ubi conditione ex moribus agitur, & sic si sint separatæ causæ obligationis etiam separatæ erunt obligationes, nec ulla causæ continentia. III. Quià hæc quæstio ad utilitatem dominorũ non pertinet, sed solum inter agnatos vasallos super feudo vertitur, undè dubitandum non est quin coram dominis feudi hæc quæstio instituenda sit. c. 1. §. ult. ubi gloss. ad verb. duos. De prohib. feud. alien. per Frid. c. ex transmissa. Ext. de for. compet. c. cæterum. Ext. de judic. l. Obst. l. nulli. 10. C. de judic. & l. ordinary. 13. C. de rei vindic. ubi dicitur, quod causæ continentes coram uno judice tractari & finiri debeant. Atqui hæ causæ videntur esse continentes & connexitatem habent. E. Resp. Schrad. p. 10. sect. 4. & seqq. & VV esenb. cons. 41. II. Obstant præjudicia Cameræ teste Mynsi. 1. obs. 4. & 60. Rt. Schrad. d. loco. n. 76.

XXII.

Et possunt domini in causis feudalibus ad cognitiqnem suam pertinentibus vicarium vel locum tenentem constituere.

Bald. in c. 1. n. 5. de invest. in marit fact. Brun. cons. 45. n. 12. Schrad. p. 10. sect. 4. n. 50. & seqq. Jacob. in d. verb. & dicti vasalli. num. 11. Quià licet secundum dispositionem juris civilis magistratibus regulariter non permittatur vicarios constituere. Nov. 15. c. 3. Nov. 8. c. 4. & Nov. 17. c. 10. attamen secundum dispositionem Juris Canonici cuilibet judici ordinario permittitur in causis ad cognitionem suam pertinentibus vicarium constituere, illasq; causas cognitioni vicarij committere. c. 2. & c. fi. De offic. vicar. lib. 6. Et certum est quod in causis feudalibus Ius Canonicum sit servandum in casibus, in quibus canones legibus refragantur. Schrad. d. loco.

XXIII.

Pares curiæ judices sunt, quandò inter dominum & vasallum ratione feudi controversia oritur.

d. c. 1. §. 2. vers. præterea. de feud. alie. per Frid. c. 1. §. si inter. de alien. feud. pater. 2. F. 39. c. 1. §. fin. Quo temp. mil. investit. pet. deb 1. F. 22. c. 1. de controv. feud. apud par. term. 2. F. 16. Quià non præsumuntur aliquid domino detracturi, cui fidelitate obstricti sunt, nec vasallo consorti, cum sibi tantundem periculi impendere prævideant. Forcat. c. ult. n. 16. Dominus verò Judex non est, quià non potest in propriâ causâ judicare. l. un. C. Ne quis in sua caus. judic. vel jus dic. quanquàm quidam volunt hoc fallere in summo principe, cujus etiamsi causa vertatur, tamen & cognitionem ejus esse pertibent,

bibent, quod periculosum videtur, quandoquidem ne Imperator quidem debeat suspiciosè cum quopiam agere. clem. pastoralis. De sent. & re judic. VVesenb. c. 17. n. 5.

XXIV.

Non igitur jure reconventionis alia causa quàm feudalis apud pares curiæ ventilari potest (a), nisi indivisibili quodam nexu causa illa allodialis feudali sit unita & annexa (b).

a) Sonsb. p. 14. n. 38. VVesenb. c. 17. n. 9. Mynsi. 4. obs. 90. Vult 2 F. 3. n. 9. Schrad. sect. 1. n. 124. Schenck. in c. 1. n. 13. de contr. feud. apud par. term. 2. F. 16. & ibi Matth. de Afflict. n. 19. Quamvis enim hoc ipsum nullo juris feudalis textu comprobari possit, ratio tamen hoc ipsum suadet ob Jurisdictionem judicis feudalis, cuius jurisdictio est limitata & concessa solum super re feudali, non autem ullâ aliâ in causâ, & extra illam limitatam jurisdictionem judici feudali evagari non licet. Diff. Gail. 1. obs. 1. n. 57. Petr. Raben. in c. 1. de contr. feud. apud par. term. (b Quia connexorum idem est judicium, nam cui conceditur unum, illi quoq; omne id conceditur, per quod pervenitur ad illud. l. 2. ff. de jurisdict. Gail. 1. obs. 35. n. 10.

XXV.

Et quidem omnes pares judices sunt, sivè sint ejusdem sivè inferioris (a), cum litigantibus qualitatis & conditionis, modò sint ejusdem provinciæ (a), in quâ litigatur.

a) Borch. c. 10 n. 7. Moz. de nat. feud n. 113. Vers. quarto amplia. Curt p. 7. n. 34. Vult. d c. 2. n. 24. quia pares non tàm dicuntur ratione eiusdem dignitatis quàm eiusdem fidelitatis, quam communi domino juravunt. (b Bald. in c. 1. §. si n. 7. & Alvar. n. 10. de prohib feud. alie per Frider. ubi glos. in verb. cognitio nam si dispares sint, etiamsi unus existat dominus, pares curiæ censeri non debent, exempli gratiâ vasalli, quorum alii in curiâ Thuringicâ, alii in Francicâ feuda recognoscunt ab eodem domino, pares curiæ non sunt propter curiarum disparitatem. VVesenb. d. c. 17. n. 3.

XXVI.

Nisi aliqui à domino & totidem à vasallo eligantur.

d. c. 1. vers. si vero dissentiunt. & ibi Schenck. & Andr. de Isern n. 11. de contro. apud par. term. 2. F. 16. Vult. d. c. 2. n. 25. Borch d. c. 10. n. 9. Iacob. de S. Georg. in dd. verb. & dicti vasalli. n. 10. vers. quæro etiam an omnes. Clar. in d. §. feudum. q. 90. n. 2.

XXVII.

In eligendo tamen prior est dominus.

d. c. 1. de contr. feud. apud par. ter. 2. F. 16. Vult. d. n. 15. Borch d. c. 10. n. 10. Iacob.

de S. Georg. d. n. 10. vers. notanter dixi. dominus enim dignior est, undè prius eligat, juxta illud, Loquere major natu, quià te decet.

XXIIX.

An autem consuetudo ut solus dominus eligat, probanda sit hîc quæritur? Neg.

Borch. d. n. 10. Zas p. 11. n. 12. vers. hoc tamen loco. Gail. 2. obs. 34. Vult. d. c. 2. n. 26. naturali enim & politicæ rationi id repugnat, ideò quod dominus quodammodò in causâ propriâ Judex esset futurus contra æquitatem. l. 1. C. ne quis in sua causa. eos enim procul dubio electurus esset judices, per quos victoriâ potiturum se sperabat. Alvar. in d. c. 1. de controv. apud par. term. Zas. d. p. 11. n. 12. cum seq. Facit huc, *quod dominus & vasallus regulariter pari jure censeantur, nec alteri per alterum iniqua conditio adferri debeat. c. 1. §. ult. de form. fidelit. 2. F. 6. l. iniquissimum. 5. ff. de jur & fact. ignor.* Sed dominus *istam inæqualitatem, putà electionem parium non esset permissurus vasallo.* E. *& ipse eodem jure uti & paritatem servare debet. tot. tit. ff. Quod quisq; jur. in alium.* Et *ità in causâ* Seckendorff *contra* Brandenburg, *& in causâ* Schwertzenberg *contra Comitem à Castell in Camerâ pronunciatum esse testatur. Gail. d. obs. 34. n. 3.*

XXIX.

Si verò dominus eligat, & vasallus eligere nolit aut in electione tergiversetur, tunc in ipsius pœnam soli à domino electi judicabunt.

Sonsb. d. p. 14. n. 32. Vult. d. c. 2. n. 26. Hartm. Hartm. de feud. obs. 22. Schrad. p. 10. sect. 8. n. 118. & seqq.

XXX.

Et vice versa idem jus in paribus obtinebit, si dominus eligere recuset.

Vult. d. n. 27. quià dispositum in uno correlativorum etiam locum habet in alio. Gail. d. obs. 34. n. 4.

XXXI.

Pares autem ità electi an etiam inviti & reluctantes ad suscipiendum munus judicandi cogi & compelli possint? Aff.

Andr. de Isern. in c. 1. & ibi Laud. n. 14. Præp. n. 5. Matth. de Afflict. n. 13. de controv. feud. apud par. term. Iacob. de S. Georg. in dd. verb. & dicti Vasalli. n. 14. & 23. Vult. d. c. 2. n. 28. Quià *omnes judices non tantum ordinarij, sed etiam delegati & subdelegati ritè & legitimè vocati & electi ad suscipiendum munus judicandi etiam inviti & reluctantes cogi & compelli possunt.*

l. si

l. si quis magistratus. 9. ff. de muner. & honor. l. prætor. 13. §. qui autem. ff. de Vac. & excusat. mun. l. si ad magistratum. 18. l. ex omnibus. 31. C. de Decur. lib. 10. Deindè *quià munus judicandi competens & paribus curiæ & aliis judicibus est publicum & authoritate & utilitate. l. fin. §. judicandi. de muner. & honor. At certi juris est, quod regulariter quilibet electus vocatus vel assumptus ad tale munus sivè officium, quod est publicum authoritate & utilitate simul, vel authoritate tantum, illud etiam invitus suscipere cogatur. glos. in l. 2. ff. quod quisq; jur.* Diff. *Iacob. de Belvis. Alvar Laud. in c. 1. An apud judic. vel par. cur. Blanc. lib. 1. c. 4. n. 14. Zas. p. 11. n. 20. Schvvan. obs. Cam. 11. n. 9.*

XXXII.

Sed quid an pares judicaturi de causis feudalibus inter dominum & vasallum novum juramentum de rectè judicando præstare teneantur ancipiti marte inter se hîc digladiantur interpp? Nos ex formâ fidelitatis hanc controversiam dirimendam esse arbitramur.

Ità ut si juraverint se jus & justiciam rectè & fideliter administraturos, novum ab ipsis exigi juramentum non debeat, secus verò si simpliciter fidelitatis juramentum præstiterint nullâ de justè judicando factâ mentione. Et est ratio. I. *Quià ubicunq; non reperitur aliquid decisum de jure feudali, stamus Juri communi. c. 1. de feud. cognit. At ius commune disponit ut judices iurent. l. 14. C. de Iudic.* E. II. *Quia in formulâ iuramenti non reperitur clausula de rectè iudicando. c. 1. de nov. form. fidelit.* E. *iuramentum fidelitatis non includit clausulam de iustè iudicando.* III. *Quià iuramentum fidelitatis præstitum domino non dicitur præstitum vasallo litiganti cum dominò, nam licet fidelitatem vasallus iuraverit domino, non tamen iuravit ad utilitatem vasallorum domini.* E. *Iuramentum fidelitatis non prodest vasallo qui litigat cum domino.* Obst. *c 1. §. 2. vers. si verò inter Dominum. De prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. ubi* Fridericus Imp. *disponit, ut lite ortâ inter dominum & vasallum per pares curiæ sub fidelitatis debito coniuratos terminetur. & c. 1. de controv. feud. apud par. term. 2. F. 16. in quo dicitur, si vasallus domino fidelitatem non iuravit, quod is pro pari eligi non possit.* E. *videtur hoc iuramentum sufficere.* Resp. *Præpos. in d. c. 1. de controv. feud. apud par. termin. n. 5. & Iacob. de S. Georg. in dd. verb. & dicti vasalli. n. 12. vers. non obstat motivum.*

XXXIII.

Et habent hi pares jurisdictionem ordinariam.

glos. in c. 1. §. fin. verb. ad dominum. & ibi Alvar. Matth. de Afflict. Schenck. Præp. & Dd. De inveſt in mar. fact. Sösb. p. 14. n 37. Curt. p. 7. n. 28. Zaſ. p. 11. n. 18. & 25. Quia paribus curiæ jurisdictio & cognitio cauſarum feudalium competit ex legibus vel conſtitutionibus Imperatorum Conradi & Friderici. d. c. 1 in pr. de leg. Conrad. & d c. 1. §. 2. verſ. præterea. De prohib. feud. alie. per Frider. ſed an vero conſtitutiones legis atq; Juris communis vim atq; vigorem obtinere dubio omni caret. l. 1. ff. de conſtit. princip. §. ſed & quod principi. Inſt. de jur. nat. gent. & civil. Iam autem certum eſt Jurisdictionem illam, quæ alicui conceditur ſivè attribuitur à lege, eſſe Jurisdictionem ordinariam. l. & quia 6. & ibi Dd ff. de jurisdict.

XXXIV.

Undè & cauſas ſivè lites ad cognitionem ſuam pertinentes alteri delegare poſſunt.

Panorm. in c. cæterum. n. 14. & Anton. de Butrio. n. 13. Extr. de judic. Schnad. p. 10. ſect. 12. n. 71 & ſect. 4. n. 1. Iacob. de S. Georg. in dd. verb. & dicti Vaſalli. n. 10. Matth. de Afflict. in d. c. 1. n 15. de inveſtit. in marit. fact. Pares enim curiæ ſunt judices ordinarii atq; ordinariam jurisdictionem habent, ut præced. th. dictum eſt, certum autem eſt, quod is qui jurisdictionem ordinariam habet, cauſas ad cognitionem ſuam pertinentes regulariter alteri delegare atq; committere poſſit. l. imperium. 3. l. more. 5. & ibi Dd. ff. de jurisd. l. cum prætor. 12 § 1. ff. de jurisdict.

XXXV.

Vtrum autem delegatus cauſas feudales ſibi commiſſas ſubdelegare poſſit hîc quæritur? Neg.

I. *Quæ quæcunq; ſpecialiter lege vel ſenatusconſulto vel conſtitutione principum certis tribuuntur magiſtratibus, ea in alios transferri non poſſunt ab ipſis magiſtratibus, l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt jurisdictio. Sed poteſtas judicem dandi, ſivè ut Dd. loquuntur, delegandi ac ſubdelegandi certis magiſtratibus conceſſa eſt ſpecialiter lege vel ſenatusconſulto vel conſtitutione principum. E. non poteſt talis magiſtratus eam poteſtatem in alios transferre. Quod ſi verum eſt, ſequitur delegantem concedere non poſſe delegato talem ſubdelegandi poteſtatem, & per conſeq. ipſum delegatum ſubdelegare non poſſe, licet talem habuerit poteſtatem. Minor propoſitio probatur ex l. cum prætor. 12. §. 1. ff. de judic. in illis verbis, judicem dare poſſunt, quibus lege vel conſtitutione vel ſenatusconſulto hoc conceditur. E. poteſtas dandi judicem in alium transferri non poteſt. d. l. 1. ff. de offic. eius.* II. *per l. à judice 5. C de judic. ubi dicitur, à judice judicem datum judicem dare non poſſe, niſi à principe judex datus fuerit, & ſic ſpecialiter conſti-*

constitutum est, ut delegatus duntaxat principis alium subdelegare possit. I. Obst. *l. unum ex familiâ. 67. §. si fabidia. ff. de Leg. 2. ubi dicitur electum ab herede ex potestate à testatore datâ videri electum ab ipso testatore. E. & in propositâ quæstione is, qui à delegato substituitur, videtur ab ipso delegante substitutus.* Resp. *Fach. 1. contr. 45.* II. Obst. *l. non distinguimus. 32. §. quæsitum. 16. ff. de arbitr. ubi dicitur arbitrum electum à partibus non posse controversiam in alterius arbitrium conferre: si tamen talis à partibus potestas ei data fuerit, posse.* Resp. *Fach. d. loco.* III. Obst. *l. cum essent. 33. §. ult. ff. de servit. rustic. præd. ubi dicitur eum, qui servitutem aquæductus habet, alteri non posse eam servitutem cedere, nisi data sit à domino potestas.* Resp. *Fach. d. loc[illegible] ide quoq; Ant. Fabr. 5. conj. 11.* IV. Obst. *l. solet. 16. ff. de jurisdict. ubi d[illegible]r delegatum fungi vice delegantis. Si vice delegantis fungitur. E. subdelegare potest.* Resp. *Facq. ibid.* V. Obst. *Quæ jure magistratus competunt delegare possunt. d. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est jurisdict. Sed delegandi potestas iure magistratus competit. E. alteri mandari potest, si mandari potest, igitur delegatus talem habens potestatem subdelegare poterit.* Resp. *Fach. d. loco.*

XXXVI.

Et cognoscunt pares curiæ inter dominum & vasallum, sivè controvertatur de totâ re feudali, sivè de parte aliquâ ejus, sivè de possessione, evictione, investiturâ, fidelitate, servitiis, privatione &c.

Schenck. in c. 1. de controv. apud par. term. n. 9. Zas. p. 11. n. 22. Blanc. p. 4. feud. c. 1. n. 3. Duar. c. 20. n. 33. Menoch. remed. recup. poss. 3. n. 433. Vult. d. c. 2. n. 29. Schrad. p. 10. sect. 5. n. 95. & seqq. Curt. p. 7. n. 34. Sonsb. p. 14. n. 32.

XXXVII.

Si verò pares curiæ dominus non habet, vel non habet numero sufficientes ad judicandum, ordinarius est judex.

d. c. 1. de controv. feud. apud par. term. 2. F. 16. & ibi Schenck. n. 10. & Dd. & gloss. in verb. vel pares. Iacob. d. S. Georg. in dd. verb. & dicti Vasalli n. 16. Schrad. d. p. 10. sect. 6. n. 189. Menoch. d. loco. n. 444. Borch. d. c. 10. n. 13. Vult. d. c. 2. n. 34.

XXXVIII.

Vel si pares curiæ testes esse debeant inter dominum & vasallum, idem statuendum erit.

Borch. d. c. 10. n. 12. Iacob. de S. Georg. d. loc. n. 13. Schrad. d. sect. 6. 114. & 123.
Expedit enim aliquando facere probationes necessarias per pares curiæ,

ut quandò agitur de probando novam investituram. c.1.qui test. sunt necess. ad prob.nov.invest.

XXXIX.

Sic si pares curiæ fuerint suspecti, & causa suspicionis sit rationabilis, tunc judices non erunt inter dominum & vasallum, sed ordinarius.

Bald.in c.1. an apud judic. vel cur.dom. Blanc.d.p.4. c.1.n.18. Hartm. Hartm. tit. de feud.obs.22. vers. & quandò pares Menoch.remed.3.retin. possess.n.440. Borch.d.c.10.n.11. Nec obst. *quod pares habeant jurisdictionem ordinariam in causis feudalibus. Constat autem jure civili ordinarium in totum recusari non posse, sed tantum peti ut ei aliquis adiungatur. auth. si verò contigerit. C. de judic. Nov.53. c.3.l.apertissimi.16.in pr.C. de judic.* Rt. *enim Niel.disp.feud.10. th.2. lit.f.*

XL.

Si actionem illam personalem, quâ agitur de feudo promisso quidem, sed nondum tradito contra dominum vasallus intentare velit, non coram paribus curiæ, sed coram ordinario loci vasallus dominum conveniet, eo quod is, cui promissio facta est, nondum factus est ex illâ vasallus.

glos.in c.1.§.fin. De invest in mar. fact & ibi Dd. com.Vult. 2.F.2.n.32. Schrader. d.sect.6.n.167.& seq. Obst. *quod is, qui actionem ad rem alienam habet, rem ipsam habere videatur. l.15.ff de R.J. & illud quod mihi est debitum etiam meum dici potest atq; meum esse censetur. l.20. ff. de reb. cred. l. 9.C.eod.* Rt. *Schrad.d.sect.6.n.172.* II. Obst. *c.1. de controv.int.Episc.& Vasal.2.F. 20.* Rt. *Schrad.d. loco n.179.* III. Obst *Quod causa sit feudalis ad pares curiæ pertinens si agitur de investiturâ factâ vel fiendâ, ut volunt Socin. cons.12.n.22.vol.1.& sequi videtur Mynsi. obs. 95. n.7.cent.1.* Rt. *Rosenth.c.12. concl.4.n.4.* IV. Obst. *Quod propter ingratitudinem promissio etiam admittatur.* Resp. *Rosenth.d.concl.4.n.3.*

XLI.

Ità volunt judices feudales dominum aut pares vigore juris Canonici non cognoscere, si quæstio feudalis dependeret â vi juramenti, quoniam tunc vigore ejus Ecclesiasticus cognosceret.

Schrad.d.p.10 sect.2.n.39 Curt.d.p.7.n.11. Hoc tamen aliqui declarant ut tantum procedat, quandò agens vult declinare iudicium domini, & Ecclesiasticum iudicem adire, secus autē sit si ipse contentus sit, quod dominus judex de hac quæstione cognoscat, & ageretur solum de quæstione executionis

jura-

iuramenti, sin verò agitur de validitate iuramenti, semper Episcopus deunduss sit. Schrad. & Curt. dd. loc.

XLII.

Interdum unà cum domino cognoscunt pares, quandò nimirum dubitatur utrum ad pares, an ad dominum causæ cognitio pertineat, & tamen certum sit ad alterutrum eorum pertinere.

VVesenb. d. c. 17. n. 5. Curt. d. p. 7. n. 3. & 4. Zas. p. 11 n. 7. Vult. d. c. 3 n. 38.

XLIII.

Si autem controversia sit inter vasallum & extraneum, vel inter dominum feudi & extraneum, ad judicem ordinarium pertinebit causæ cognitio, cui videlicet reus subest, cum actor sequatur forum rei.

c. 1. de controv. int. vasal. & alium. 2. F. 43. c. 1. vers. si vasallus de beneficio. si de feud defunct. cont. sit. Vult. d. c. 2. n. 31. Schrad. p. 10 sect. 12. n. 129. & seqq. Zas. cons. 8. n. 13. lib. 2. & p. 11. feud. n. 10 Mynsi. d. obs. 99. cent. 1.

XLIV.

Et quandò principaliter de feudo non est controversia, quandò dubitatur sitnè feudum nec nè, & si qui sint casus his similes.

Iacob. de S. Georg. in dd. verb. & dicti vasalli. n. 20. Sonsb. d. p. 14. n. 31. Hostiens. tit. de feud. n. 13. vers. sed etsi petens, Rosenth. d. c. 12. passim.

XLV.

Aliquandò etiam ex compromisso sivè voluntate partium arbiter judex eligitur.

d. c. 1. in pr. vers. si autem inter pares. De Leg. Corrad. 2. F. 34. c. 1. an apud judic. rel cur. dom. 2. F. 46. Vult. d. c. 2. n. 3. in fi. Specul. de arbitr. §. restat. vers. sed nunquid vasallus. Clarus in §. feudum. q. 39. vers. dicit tamen. Duar. c. 12. n. 11. Schrad. d. p. 10. sect. 6. n. 10. 11. & 21.

XLVI.

Judex appellationis, si à domino aut paribus curiæ illa fiat, est proximus superior feudi judex, qui si non sit, ad ordinarium seu superiorem loci provocatio dirigitur.

c. 1. §. fin. Quo temp. mil. invest. 1. F. 12. Iacob. de S. Georg. d. loco. n. 36. Vult. 2. F. 3. n. 4.

XLVII.

Viso judice, supersunt litigantes. Sunt autem Actor & reus qualitatem feudalem habentes.

Schrad. d. p. 10. sect. 17. n. 11.

Et

Et illæ sunt principales, minus principales personæ sunt, Assessores, Auditores, Sapientes, Tertius vulgò ein Obman/ scriba sivè actuarius, Nuncius sivé pedellus, examinator testium, procuratores & similes.

De quibus latè Schrad. d. p. 10. sect. 13. n. 1.

XLIX.

Et ità constituto ex personarum utrinq; litigantium & competentis magistratus interventu judicio feudali, ordo & modus illud exercendi restat, qui cum certus & specialis à jure feudali determinatus non sit pro Regulâ tradunt Dd. eum, qui in judiciis aliis ex jure communi aut usu fori frequentatur, esse servandum, exceptis singularibus quibusdam atquè à processu vulgari diversis, de quibus consulendi sunt Feudistæ.

Errata Typographica insignicra.

In disp. I. *th. 1. lin. 2. pro convertitur* controvertitur. *th. 2. lin. 2. pro si* se. *th 64 post verb. investituræ, insere* tenor n. investituræ *th 83. pro* Schultz schuz. *th ult. c. 2 cõ l. 80.* in disp II. *th. 3 lin 8. post verb. regalis, insere* dignitatem. in disp. III *th. 14. lin. 13. & seq. pro feudo* fundo. in disp. IV *th. 34. lin 3 pro de vectigal* vectigal. nov. inst. non poss. *th. 88. lin 13. pro Sixtin.* Bocer. *th. 97. lin 3 pro judicio* Indicio in disp. V. *th. 1. lin. ult. pro discumen* discrimen. *th. 7. lin. 4. pro de invest. de re alie.* De notis feud 2 F. 58 *th. 30. lin. ult. pro 30. 27.* in disp. VI. *th. 5. lin. 13 pro ut* at. *th. 16. lin. 3. pro 93. 39* in disp. VII. *th. 9. lin. 2. dele* ab. *th. 59. lin 8. post verb. vicarium, insere* non. *th. 77 lin. 19. post verb. requiri, insere* verò ut primam originalem exhibeat & ostendat Resp. Rosenth. d. loc. IV. Obst. *th. 83. lin 15. pro onerum* oneribus. *lin 20. pro isse* esse. in disp. IIX. *th. 46. lin. 9. pro amico* animo. *th. 59. lin. 10. post verb. conditio, dele* est. *th. 61. pro numeratio*, numerato. *th. 62. pro pretio* pretium. *th. 82. pro illum*, illud. in disp. X. *th. 41. lin. ult. pro deundu* adeundus.

Reliqua, quæ inter properandum admissa sunt, benevolus lector pro suo candore facilè corriget.

SOLI DEO GLORIA.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730633853/phys_0214
DFG

delegatus duntaxat principis alium ſubdelegare poßit.
famitâ. 67. § ſi ſ[illegible]dia. ff. de Leg. 2. ubi dicitur electum
ate à teſtatore datâ videri electum ab ipſo teſtatore. E.
ſtione is, qui à delegato ſubſtituitur, videtur ab ipſo de-
. Reſp. *Fach.* 1. *contr.* 45. II. Obſt. *l. non diſtinguimus.*
f. de arbitr. ubi dicitur arbitrum electum à partibus non
m in alterius arbitrium conferre: ſi tamen talis à parti-
i fuerit, poſſe. Reſp. *Fach. d. loco.* III. Obſt. *l. cum eſ-*
ſervit. ruſtic. præd. ubi dicitur eum, qui ſervitutem aquæ-
i non poſſe eam ſervitutem cedere, niſi data ſit à domino
cb. d. loc [illegible] *ide quoq; Ant. Fabr. 5. conj.* 11. IV. Obſt.
dict. ubi d[illegible]ur delegatum fungi vice delegantis. Si vi-
itur. E. ſubdelegare poteſt. Reſp. *Facq. ibid.* V. Obſt.
tus competunt delegare poſſunt. *d. l.* 1. ff. *de offic. eius cui*
Sed delegandi poteſtas iure magiſtratus competit. E. al.
; ſi mandari poteſt, igitur delegatus talem habens pote-
poterit. Reſp. *Fach. d. loco.*

XXXVI.

it pares curiæ inter dominum & vaſallum, ſivè
totâ re feudali, ſivè de parte aliquâ ejus, ſivè
ctione, inveſtiturâ, fidelitate, ſervitiis, privati-

trob. apud par. term. n. 9. Zas p. 11. n. 22. Blanc. p. 4. feud.
33. Menoch. remed. recup. poſſ. n. 433. Fult. d. c. 2. n. 29.
95. & ſeqq. Curt p. 7. n. 34. Sonsb. p. 14. n. 32.

XXXVII.

curiæ dominus non habet, vel non habet nume-
udicandum, ordinarius eſt judex.

d apud par. term. 2. F 16. & ibi Schenck. n. 10. & Dd. &
es. Iacob. d. S. Georg. in dd. verb. & dicti Vaſalli n. 16.
. n. 189. Menoch. d. loco n. 444. Borch. d. c. 10. n. 13.

XXXVIII.

uriæ teſtes eſſe debeant inter dominum & va-
endum erit.

cob. de S. Georg. d. loc. n. 13. Schrad. d. ſect. 6. 114. & 123.
undo facere probationes neceſſarias per pares curiæ,